



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 859. Usque Ad Annum 887

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117875

Liber L.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66112](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66112)

LATROCINIA NORMANNORUM.



HISTORIA
ECCLESIASTICA.
LIBER L.

NICOLAUS I. PAPA.
LUDOVICUS II. IMPERATOR OCC.
MICHAEL III. IMP. ORIENT.

§. I.

Bardas Constantinopoli Litterarum Cultor.

Dum hæc in Occidente geruntur, Sæculum IX.
Bardas Cæsar, Michaelis Imperatoris Avunculus sub Principi-
A. C. 859.
Hist. Eccles. Tom. XII. A Post Theoph. pelib. IV. n. 26.

Sæculum IX. pe juvene voluptatibus immerſo negotia
 A. C. 859. publica adminiſtrans profanæ ſapientiæ
 Cedren. to. 2. curam ſuſcepit, cum jam diu humanio-
 p. 547. res literæ Imperatorum barbarie ac in-
 ſcitia obſoleviſſent, ac prope extinctæ
 eſſent. In Palatio ad Magnauram (*)
 ſcholas Mathematicas & Philoſophi-
 cas conſtituit Magiſtro Leone cogno-
 mento Philoſopho. Is ſanguinis pro-
 ſapia Jannis, id eſt, Joannis Leconomantæ,
 Patriarchæ, Patruelis olim Archiepi-
 ſcopus Theſſalonicenſis fuerat. Sed hu-
 jus viri fortuna altius repetenda.

n. 29. Leo Grammaticæ & Poeticæ Con-
 ſtantinopoli ſtudit, Rhetoricam, Philo-
 ſophiam, Arithmeticam in *Antro* Inſula
 didicit. His vero initiis non contentus,
 ut majorem ſcientiam ſibi compararet,
 in terram firmam reverſus Monasteria lu-
 ſtravit; unde acceptis libris petens ex-
 cella montium totum ſe lectioni dedit.
 n. 27. Cum igitur Philoſophia & diſciplinis
 mathematicis, videlicet, Arithmetica,
 Geometria, & Muſica vir eſſet ſua æta-
 te omnium doctiſſimus, Conſtantinopo-
 lim reverſus, ſolus & ab hominum fre-
 quentia remotus degebat in exigua do-
 mo, quoscuque ad ſe venientes reci-
 piens, & quam ſcientiam diſcere vellent
 docens.

Inter

(*) Palatium a Constantino Magno condi-
 tum.

Inter alios complures, qui ipso Ma-
 gistro profecerunt, quidam juvenis Geo-
 metriæ doctissimus, cujusdam Tribuni
 epistolis præfectus est. Dominum suum
 deinde in bellum proficiscentem secutus,
 a Musulmannis captus & viro potentissi-
 mo traditus. Califa vero Almamon, qui
 tunc rerum potiebatur, scientiarum,
 quas veteres Græci excoluerant, præci-
 pue Mathematicæ studiosissimus erat;
 cumque juvenis captivus in domo Magi-
 stri sui versatus comperisset, Califam
 Geometriæ esse amantissimum, dixit, cu-
 pere se, ipsum Califam & Magistros ejus
 de hac arte differentes audire, quod hac
 disciplina se mediocriter saltem tinctum
 putaret. Ergo a Califa in Regiam voca-
 tus, præsentibus Mathematicis, ostendit,
 neminem illorum quidquam amplius sci-
 re, quam generales definitiones & axio-
 mata, sed demonstrationes ignorare.
 Omnibus stupentibus aliqui ex eo inter-
 rogarunt, an putaret quosdam alios Con-
 stantinopoli existere, qui de palma cum
 ipso decertare auderent. Ille respondit,
 se in his scientiis esse discipulum. Tum,
 quem Magistrum haberet, ejusque pau-
 pertatem & solitudinis amorem ape-
 ruit.

Almamon illico captivum remisit
 cum epistola ad Leonem Philosophum
 data, qua eum humanissime ad Regiam
 suam

Sæculum IX.
 A. C. 859.

Sup. lib.
 XLVII.
 §. 41.

Sæculum IX. suam invitabat, promittens honores &
A. C. 859. divitias. At Leo veritus, ne suspectus
 esse mereretur, si a quoquam fuisset vul-
 gatum, quod ab Imperii hoste epistolam
 accepisset, eam tradidit Theoctisto Lo-
 gothetæ, qui rem ad Imperatorem de-
 tulit. Regnabat tunc Theophilus, qui
 cognita Leonis peritia, accersitum opi-
 bus auxit, atque ædes prope Ecclesiam
 quadraginta Martyrum concessit, ubi
 publice doceret. Califa Almamon, cum
 eum ad relinquendam patriam permove-
 re non potuisset, per litteras propositis
 quæstionibus Geometricis & Astronomi-
 cis consuluit, & acceptis responsis us-
 que adeo delectatus est, ut datis ad Im-
 peratorem Theophilum litteris rogaret,
 hunc virum ad breve tempus sibi mitti,
 in vicem tantilli obsequii promittens pa-
 cem perpetuam, seque *centenarium* id est
 decem millia librarum auri daturum.
 Noluit Theophilus conditionem recipe-
 re; sed Leonem Archiepiscopum Thessa-
 lonicensem a Patriarcha Leconomanta
 ordinari iussit.

Cang. Gloss.
Gr. centen.

Leo gregis sui amorem sibi concilia-
 vit, præsertim magnæ calamitatis tem-
 pore, cum frumenti inopia ad famem
 ventum esset: quo malo incolæ Episco-
 pi sui solertia liberatos se putarunt, quod
 eis tempus indicasset, quo semen terræ
 esset committendum. Id enim ipse ex
 astro-

astrorum inter se habitu cognoscere dicebat. Cum annis tribus Sedem The-
 salonicensem tenuisset, cum ceteris Ico-
 noclasis depositus, rediit Constantino-
 polim, ubi eum Bardas Scholæ Philoso-
 phicæ in Palatio ad Magnauram præfe-
 cit. Theodorus ipse Discipulus Geo-
 metriam, Theodegus Astronomiam, &
 Cometas Grammaticam docebant. Ipse
 Bardas Jurisprudentiæ operam dabat, &
 assidue in Hippodromo jus dicentibus
 aderat, si quæ sententia esset pronun-
 cianda.

§. II.

S. Ignatius pulsus.

Attamen scientiarum amori Bardæ vita
 nimium quantum repugnabat; præ-
 terquam enim quod nullum poneret am-
 bitioni modum, eo usque indulgebat li-
 bidini, ut ejecta legitima uxore publice
 nurum suam domi aleret. (*) Ignatius
 Patriarcha infame scandalum non ferens,
 monet, hortaturque Cæsarem, ut animæ
 suæ misertus fœdum & enorme scelus
 expiaret. Verum spreta S. Viri admo-
 nitione Bardas ipso Epiphaniæ die festo,
 sexto Januarii, anno octingentesimo
 quinquagesimo octavo (***) in ædem Sa-
 cram

Sæculum IX.

A. C. 859.

n. 29.

Cedr. p. 548.

n. 30.

Nicet. vit.

Ign. to. 8.

Con. p. 1191.

A 3

cram

(*) Præclara sane funesti Schismatis exordia!

(**) Hic P. Pagi dicit: *Depositio S. Ignatii & Patriarchæ**Patriarchæ*

Sæculum IX. A. C. 859. cram Evcharistiæ Mysteria percepturus progreditur; eum vero Patriarcha a Sacris arcet. Minatur Bardas furore ardens, gladio se confossum detrectantem, Ignatius econtra iram Dei & vindictam incestum timere jubet. Inde Bardas omnem contra Patriarcham movit lapidem, ut eum apud Imperatorem criminaretur, & tandem vigesimo tertio Novembris e Palatio Patriarchali pulsum, in Insulam Terebinthum eiecit.

p. 1193. Necdum triduum a Patriarchæ discessu fluxerat, cum adsunt, qui putabantur inter Episcopos præcipui, libellum abdicationis ob illorum temporum iniquitatem ab eo petentes; cum tamen illi ipsi Episcopi scripto & edito juramento invocata Sancta Trinitate promisissent, nunquam se Ignatium Patriarcham deposituros, nisi sententia canonica præcessisset. Inde etiam re infecta tunc reversi sunt. Intra paucos autem dies Patricii Judicumque clarissimi cum iisdem Episcopis ad eum egressi omnes machinas, pollicitationes comminationesque admovent, quo Ignatium ad dandum abdicationis chirographum compellerent. Sed

*Patriarchatu Constantinopolitano, quam Baro-
nius & omnes alii cum anno 858. conjungunt,
contigit anno superiori, cum paulo antea Im-
perator Theodoram matrem Aula abire jussisset.*

Sed nec secundo ariete flecti potuit. In-
 terea complures Episcopi querebantur, Sæculum IX.
 A. C. 859.
 maximam Patriarchæ inferri injuriam,
 & minabantur, non recepturos se alium
 Patriarcham, quem ei Successorem dare
 non nulli meditentur, unde Schisma
 certissime esset oriturum. Hoc ut de-
 vitaret Bardas, singulis secreto collo-
 catus unicuique eorum Patriarchalis digni-
 tatis fastigium pollicitus est, si ab Igna-
 tio deficeret. Omnibus hac conditione
 consentientibus dixit Bardas, Imperato-
 rem, quod promisisset, impleturum, mo-
 nuit vero, ut ab Imperatore ipsis Sedem
 Constantinopolitanam oblaturum accersi-
 ti saltem in modestiæ speciem tantum
 honorem recusarent. Episcopis id quo-
 que se facturos annuentibus, cum Impe-
 rator singulis ad se vocatis Dignitatem
 Patriarchæ offerret, & illi se eam recu-
 sare simularent, respondit, nolle se invi-
 tos compellere. Unde nihil illis profuit
 indigna Episcopis vecordia.

§. III.

Photius Patriarcha.

Porro, Aula Constantinopolitana judi-
 ce, dignitate Patriarchali Photio Ev-
 nucho nemo dignior fuit. Is vir erat Nicet. pag. 1198. Post
 Theoph. n. 22.
 nobilitate insignis, Tarasii quondam Pa-
 triarchæ pronepos, filius Irenis sororis
 Arsaberi Patricii & officiorum Magistrum,
 A 4 qui

Sæculum IX. qui duxerat Calomariam, Imperatricis
A. C. 859. Theodoræ & Bardæ Cæsaris sororem.

Natales inclytos superabat ingenium, quod excellens a natura acceptum magna cura excoluerat. Cum opibus abundaret, libris, quoscunque vellet, comparatis totas noctes legendo consumebat, ut animum gloriæ cupidum satiaret. Unde, non sui modo sæculi, sed etiam præcedentium doctissimus, Grammaticam, Poeticam, Rhetoricam, Philosophiam, Medicinam, omnes scientias profanas didicerat; nec tamen Ecclesiasticæ extracuram fuerant, & postquam Dignitate auctus fuit, iis quoque impensius studuit. Simplex vero Laicus erat, & in aula Protospatharius Imperatori primus a Secretis inferviebat. Ceterum Schismaticus & Gregorii Asbestæ Episcopi Syracusani in Sicilia, ob magna scelera depositi, factioni addictus.

Nicet. pag.
 1199.

Sup. lib.
 XLVII.
 §. 38.

Jam illo tempore, quo S. Ignatius ad Sedem Constantinopolitanam evectus est, cum bene novisset, qualis esset Gregorius, noluit eum suæ Ordinationi interesse, nec cum eo communicare, donec, cum vacaret, ejus causam discuteret. Non omnibus probabatur hic rigor; Gregorium vero eo usque ad iracundiam incitavit, ut ceras (*), quas ad Cæremonias ordi-

(*) Nempe ceras, in quibus ordinatio Ignatii

ordinationis paratus tenebat, projiceret, & publice convicia ingereret, dicens, lupum hunc esse non pastorem, qui Ecclesiam intraret. Petrus Episcopus Sarden- sis, Eulampius Apamiensis, & non nulli ex Clericis Constantinopolitanis, Gregorii factionem sectati schisma moverunt contra Ignatium, qui per undecim Pontificatus sui annos nec verbis nec beneficiis Gregorii animum delinire potuit.

Gregorius in omnium Optimatum domos penetrans Ignatii famæ detrahebat, quem ne quidem Christianum esse affirmabat, eumque præcipue magni faciebant Photius & ipsius propinqui, a quibus magnus Dei amicus habebatur. Tandem Ignatius coacto Concilio, quod post annum 854. celebratum dici non potest, Gregorium ab Episcopatu deposuit. Ille, ipsiusque Sectatores Romam mittunt, qui ad Leonem IV. Papam suas querelas (*) deferrent; scripsitque Papa

A 5 Ignat-

tii scripta erat, ut sonant verba Nicetæ hæc nar- rantis. Hinc minus accurate Fleurius habet ce- reos, les cierges.

(*) Exemplum Appellationis clarissimum, quo adversus Protestantes probatur, Sedem Constan- tinopolitanam Pontifici Romano tanquam totius Ecclesiæ Capiti fuisse subiectum. Ceterum Natalis Alexander in sua Dissertatione IV. ad Sæc. IX. hæc habet: *Orientalis Imperii pars adhuc erat Si-*
cilia,

Sæculum IX.

A.C. 859.

Gregorius
Syracusanus.

Nicol. ep. 9.

p. 238.

Stylliani ep.
to. 8. Conc.

p. 1400.

Sæculum IX. Ignatio rogans, ut quemquam mitteret,
A. C. 859. qui sibi hanc causam exponeret. Misit

Ignatius Lazarum Monachum in persecutione Iconoclastarum Confessorem, in causa Gregorii instructissimum. Nihilominus Leo condemnare eum distulit, sicut etiam postea Benedictus III. ejus Successor, quamvis ipso quoque sedente Gregorius Mandatarios Romam misisset. Id

Nic. ep. 12. vero non ideo factum, quod Benedictus
p. 375. Papa Gregorium non plene convictum haberet; sed satis ipsi visum, eum pro-

Nic. ep. 10. nunciare suspensum. Nec unquam Ro-
p. 359. mæ Judicium definiens contra ipsum edi-
ep. 11. p. 391. tum est. Talis erat Gregorius Asbestas.

Cum Photius ad occupandam Sedem
Metroph. ep. Constantinopolitanam non ab Episcopis
to. 8. Conc. Canonice electus, sed solius Bardæ auctoritate evectus fuisset, primum Episcopi omnes, eo rejecto, tres alios communi consensu elegerunt, (*) & complures dies

cilia, & Constantinopolitano Patriarchæ parebant illius Provinciæ Ecclesiæ, ex quo illas cum omni Dicecesi Illyriciana Leo Isauricus a Ditione Patriarchica Romani Pontificis abstraxerat. Non mirum itaque quod Ignatius Constantinopolitanus Gregorium Syracusanum judicavit.

(*) Seu potius de eligendo ex tribus uno deliberarunt,

dies hoc propositum retinuerunt. Sed paulatim Aulæ insidiis capti consenserunt omnes, Episcopis quinque refragantibus, quos inter Metrophanem Metropolitanam Smirnensem numerare erat. Imo & hi quinque, cum viderent, plurimos Episcopos flecti se passos, temporum iniquitati cesserunt iis tamen conditionibus, ut Photius dato Chirographo Schisma abjiceret, Communionem Ignatii amplecteretur, eundem legitimum Patriarcham agnosceret, nunquam ei quidquam objiceret, nec ipsum accusare volentes audiret; imo Patris loco haberet, & sine ipsius consensu nihil moliretur. Photius datis litteris hæc promisit, & his patris Gregorii Syracusani manibus ordinatus, ex Laico intra sex dies factus est Episcopus. Nimirum, prima die Monachus, secunda Lector, tertia Subdiaconus, quarta Diaconus, quinta Presbyter & sexta, quæ erat Natalis Domini anno octingentesimo quinquagesimo octavo, Patriarcha Constantinopolitanus creatus est.

Sed necdum ab ejus Ordinatione duomenses effluxerant, cum, violata juramenti tam solemnis fide, omnes Clericos, quos Ignatio favere noverat, persequi cœpit, eos flagellis cædi & totos verberibus dilaniari jubens. Rursus eosdem blanditiis postea tentabat, munera

Sæculum IX.
A. C. 859.

Nicot. pag.
1199.

p. 1202.

&

Sæculum IX. & dignitates offerebat, vehementissime
 A. C. 859. instans, ut litteras ipsorum manus signa-
 tas sibi darent, quibus Ignatium accusa-
 re possent. Cumque nihil ad perden-
 dum virum invenisset, scelerato Bardæ,
 & ejusdem opera Michaeli Imperatori,
 homini levissimo, suggessit, ut mitteret,
 qui in Ignatium velut Imperio insidian-
 tem severe inquirerent. Ergo crudeles
 Præfecti atrocesque satellites extemplo
 Terebinthum petunt, omniaque genera
 quæstionum instituunt, famulos Ignatii
 tormentis omnibus excruciant, & post-
 quam nihilominus nullum sceleris argu-
 mentum deprehendere potuissent, ipsum

* alias Hiera. tamen cum famulis in Insulam Sacram *
 abstractum in caprarum stabulo conclu-
 dunt. Inde iterum in Suburbium Pro-
 methi dictum prope Constantinopolim
 transferunt, ubi Leo *Lalacōn* Domesti-
 cus Rationum, id est copiarum præfe-
 ctus *, Patriarchæ maxillam pugnis appe-
 tens duos ex illa molares dentes excu-
 sit. Postea vero compedibus ferreis vin-
 ctum angusto carceri tradunt cum duo-
 bus tantum servulis, qui tanto Antistiti
 servirent. Hæcque omnia agebantur,
 ut Ignatius libellum abdicationis scribe-
 ret, quo throno Patriarchali sponte ces-
 sisse videretur. Facti atrocitate com-
 moti Provinciæ Constantinopolitanæ
 Episcopi, tunc præsentis, in Ecclesia
 Pacis

Photius
 Ignatium
 persequi-
 tur.

* alii, Sacra-
 rum Largi-
 tionum do-
 mesticus.

Pacis per dies quadraginta convenientes Sæculum IX.
 Photium declarant depositum, addito A. C. 859.
 non contra ipsum modo, sed contra Metroph.
 omnes, qui eum pro Patriarcha habe- p. 1387.
 rent, anathemate. (*)

Adversa ex parte Photius, Bardæ po-
 tentia subnixus, Concilio in Ecclesia Apo-
 stolorum congregato, Sententiam Depo-
 sitionis pronunciat, & Ignatio licet ab-
 senti anathema dicit; cumque Episcopi
 Ignatio fideles nefas in faciem expro-
 brarent, ipsos quoque deponit, & in car-
 cerem Palatii, qui *Noumera* dicebatur,
 locum admodum infectum compingi ju-
 bet, ubi per dies aliquot custoditi. Igna-
 tius quoque inerat vinculis onustus, rur-
 susque alii in carcere Prætorii detine-
 bantur. Tandem mense Augusto anno Cang. C. P.
 octingentesimo quinquagesimo nono lib. 2. p. 123.
 Ignatius navigio imponitur & Mityle-
 nem in Insula Lesbia deportatur. Omnes,
 in quos suspicio cadebat, quod ei fave-
 rent, Constantinopoli ejecti, multi eo-
 rum verberibus concisi, Blasio Charto-
 phylaci lingua resecta, quod libere, quid
 hac de re sentiret, edixisset.

§. IV.

Photius Romam mittit.

At Photius, cum sciret, plurimis sua fa- Nicet. p.
 cta 1203.

(*) Quis ferat Protestantes dicentes, Pho-
 tium

Sæculum IX. A. C. 859. Et non probari, consilium cepit, quis crederet? Legationem Romam mittendi, qua a Nicolao peteret, ut & ipse Mandatarios Constantinopolim mitteret. Et in speciem quidem dicebat, sic Hæresis Iconoclastarum reliquias extinguere debere (*); re ipsa vero his, quæ contra Ignatium ipse egerat, auctoritatem ex præsentia Romanorum conciliare volebat. Ergo Papæ scripsit, Ignatium propter senium & infirmitatem Corporis Ecclesiam Constantinopolitanam dimisisse, & ad sua se recepisse in Monasterio ab ipso fundato, ubi tam ab Imperatore, quam a tota civitate & a se etiam (Photio) omni honorum genere coleretur.

Hæc Photii epistola ad nos non venit; habemus vero aliam ad Nicolaum Papam

tium invitum Patriarchalem Dignitatem suscepisse.

(*) De hac Legatione Anastasius, referente Pagio, ait: *Quatenus sicut ipse (Photius) sperabat, approbante vel decernente (Sacra Sede) mox omnia ora resistentium obstructa silerent, & aditus sibi progrediendi, qua vellet, omnes omnino patefcerent.* Dum hic Photius ad Sacram Sedem se convertit, quidquid postea ipsemet fecerit vel scripserit, contra se ipsum & Protestantes hodiernos invincibile coram orbe terrarum edidit testimonium, Sedem Romanam Constantinopolitana fuisse superiorem,

Papam datam, cujus exordium est hu-
 jusmodi: *Cum mihi Pontificatus magni-
 tudo in mentem venit, cumque cogito ho-
 minis vilitatem, ac mearum virium imbe-
 cillitatem metior, cum, inquam, animum
 subit, me semper eos non sine stupore sus-
 spexisse, qui tremendum jugum in se susci-
 perent, dici non potest, quibus doloribus
 incessar, & quanto mærore detinear, cum
 eodem me nunc captum intueor. Et infra:
 Nuper itaque, cum is, cui ante nos Sacer-
 dotio fungi obtigerat, honore abiisset, Cle-
 rici & Metropolitanæ congregati, præci-
 pue vero Imperator in omnes quidem be-
 nignus & humanus, at mihi soli violentus
 & formidandus, nescio quo motu impulsæ
 in me impetum fecerunt, & nequicquam
 reluctanti denunciant, subeundum mihi
 esse Episcopatus onus, jamque rem mutari
 non posse. Nihil lacrymæ profuerunt,
 nihil animi propemodum desperantis suspi-
 ria & gemitus, sed quod constituerant,
 perfecerunt. Photius deinde Fidei suæ
 Confessionem subjungit, quæ integre
 Catholica est, & se nominatim septem
 Concilia universalia recipere profitetur.*

Michael quoque Imperator Papæ scri-
 psit, misitque Legatos, (*) quorum Prin-
 ceps

Sæculum IX.
 A. C. 859.
 ap. Baron.
 859.

Anast. in
 Nicol.

(*) Ex his sequitur, inter Ecclesiam Roma-
 nam & Constantinopolitanam, Communionem
 Eccle-

Sæculum IX.
A. C. 859. ceps erat Arsaber Protospatharius. Is, ut conjectura est, Photii propinquus & Bardæ affinis fuit, quem comitabantur Episcopi quatuor, Methodius Metropolita Gangrensis, Samuel Episcopus Chonærum, seu, Colossensium in Phrygia, cui Photius honoris causa Titulum Archiepiscopi dedit, Theophilus Metropolita Amoriensis, & Zacharias Taurominensis in Sicilia, nam & huic Ecclesiæ nomen Archiepiscopatus tribuit. Hi Oratores dona pretiosa atque inter alia Patenam & calicem aureum gemmis fulgentem ad Ecclesiam S. Petri detulerunt.

§. V.

Synodus Confluentina.

Sup. lib.
XLIX.
§. 29. Sub idem tempus nempe anno octingentesimo quinquagesimo nono Ludovicus Rex Germaniæ, misso in Italiam Tiothone Abbate Fuldensi, expeditionem suam anno superiore in Franciam susceptam purgavit, & facta sua a Ludovico Imperatore, nepote suo, & Nicolao Papa approbari petiit. Thiotho autem Abbas benigne exceptus, gratissimas epistolas a Papa scriptas ad Regem Dominum suum retulit. Anno

Ecclesiasticam, sine qua nemo Christianus se Orthodoxum probare potest, usque ad hæc tempore perdurasse.

Anno sequente octingentesimo sexagesimo cum idem Rex Ludovicus, Carolus Calvus ipsius frater, & Lotharius eorum nepos apud Castrum *Confluentes* cum Episcopis & Regni Principibus die quinta Junii in Secretario Basilicæ S. Castoris, ubi erat celebre Monasterium, convenissent, Præsulibus tredecim & triginta tribus Optimatibus demandatum, ut juramenti, quod sibi Reges mutuo præstarent, formulam, & Articulos ab eorum Subditis observandos conciperent, & conscriberent. Præsules illi tredecim, erant Episcopi undecim, & Abbates duo, videlicet Hincmarus Archiepiscopus Remensis, Guntharius Archiepiscopus Coloniensis, Altfrius Episcopus Hildesheimensis, patria Saxo, cujus consiliis Rex Ludovicus maxime utebatur. Salomon Episcopus Constantiensis, Adventius Metensis, Hatto Virdunensis, Franco Tungenensis, & Christianus Antissiodorensis. Ceteri obscurioris nominis sunt. Vi juramenti quinque Reges Ludovicus & Carolus, eorumque tres Nepotes Ludovicus, Lotharius & Carolus, consilio & manu mutuum sibi auxilium promittebant. Inter Articulos memoratu dignissimus hic est. Si quis excommunicatus, aut criminis, quod excommunicationem meretur, reus ex uno Regno ad alterum migret, eo consilio, ut pœ-

Sæculum IX.
A. C. 860.

to. 8. Conc.
p. 698.

to. 2. Capit.
p. 137.

Not. Sirm.

Art. 5.

Hist. Eccles. Tom. XII.

B

nitent-

Sæculum IX.
A. C. 860. nitentiam effugiat, forsan faminam
 Deo Sacram aut aliam mulierem a se ra-
 ptam, qua ad explendam libidinem uti-
 tur, secum trahens, si Episcopus id no-
 bis indicaverit, in talem solerter inquiri
 jubebimus, nec patiemur, ut in Regno
 nostro lateat, aliosque ex nostris subdi-
 tis pervertat, sed compellemus, ut ad
 Episcopum suum redeat, & pœnitentiam
 vel recipiat, vel impleat. Adjici-
 tur & alius Articulus jam pridem Eper-
 naci anno octingentesimo quadragesimo
 sexto editus: Episcopus peccatorem ab
 Ecclesiæ Communione nunquam exclu-
 dat, nisi prius eum secundum præceptum
 Evangelii ad pœnitentiam hortatus fue-
 rit. Si peccator non obediat, Episcopus
 ad Regem ejusque Præfectos rem defe-
 rat, ut errantem ad pœnitentiam sub-
 eundam compellat. Si adhucdum de-
 trectet, contumacem ab Ecclesiæ Com-
 munionem separet.

Art. 6.

Sup. lib.
XLVIII.
§. 35.

Matth. 18.
15.

§. VI.

Lotharius Theutbergam dimittit.

Ann. Met.
856. **R**ex Lotharius jam illo tempore vince-
 batur libidine, quæ non modo totius
 vitæ ejus quietem turbavit, sed etiam
 acceleravit interitum. Is enim, cum
 anno octingentesimo quinquagesimo sex-
 to Theutbergam, Bosonis in aliqua Bur-
 gundiæ parte Comitum filiam, in matrimo-
 nium

nium accepisset, anno sequente illa re-
 jecta complures pellices alebat. Erat Sæculum IX,
A. C. 860.
 vero Theutbergæ Reginae frater, nomi-
 ne Hubertus, qui etiamnum adolescens, Ann. Bert.
857.
 Clericis adscriptus, publice in Ecclesia ut
 Subdiaconus legerat. Sed postea malo-ep. 2. Bened.
to. 8. Cons.
p. 234.
 rum societate perversus & in omnem
 licentiam effusus, grassari publice cœ-
 pit. Quippe Monasterio S. Mauritii in
 Vallesia vi occupato, Regulam abolevit,
 ex fundis & redditibus Sacris mulieres, ca-
 nes, aves sustentavit. Monasterium Lu-
 xoviense armatorum cohorte latus sti-
 pante ingressus ibidem per aliquot dies
 cum perditissimis prostibulis diversatus
 est, quo ante illud tempus nulli fæmina-
 rum pedem inferre licuerat. Tandem
 pacem inter Ludovicum Imperatorem,
 & Lotharium atque Carolum fratres ejus
 Reges turbabat. Querelis ad Benedi-
 ctum III. Papam delatis, Hubertum
 Romam vocavit, ubi causam diceret, at-
 que ad omnes Episcopos in Regno Caro-
 li Calvi existentes litteras dedit; unde
 discimus, jam tunc Hubertum in illius
 Ditiones confugisse.

Ceterum fama in vulgo sparsa est, Hincm. de
divor. to. I.
p. 568.
 Hubertum & Theutbergam olim in-
 cestu se polluisse, & talia referebantur
 adjuncta, quæ hanc lasciviam multo ma-
 gis abominabilem reddidissent. Nega-
 bat Theutberga turpissimum factum,

Sæculum IX. cumque nec a testibus, nec aliunde sup-
 A C. 860. peterent argumenta, Proceres Laici, ex
 Episcoporum consilio, Rege Lothario
 consentiente, aquæ ferventis probario-
 nem adhibendam esse decreverunt. Tum
 Theurberga vir quidam, Reginae vices subiens, ex
 accusatur. aqua illæsus exiit. (*) Itaque Regi recon-
 ciliandam & ad thori consortium denuo
 admittendam omnes judicant. Eam qui-
 dem recepit Rex, quo Procerum preci-
 bus aliquid daret; sed post breve tem-
 poris spatium eandem in carcerem de-
 duci iussit.

Tandem cum mora temporis odium
 concepisset implacabile, constituit ex
 misera perhibiti incestus confessionem
 exprimere. Eo igitur ductus consilio
 nona Januarii anno octingentesimo sexa-
 gesimo, Regni sui quinto, Indictione
 octava Aquisgranum, ubi sedem fixerat,
 Guntharium Archiepiscopum Colonien-
 sem Archicapellanum suum, Theutgau-
 dum Archiepiscopum Trevirenses, Ad-
 ventium Episcopum Metensem, Franco-
 nem Tungrensem, Egil Abbatem Pru-
 miensem, alium Abbatem, cui nomen
 Odelingus, pluresque Optimates & Va-
 fallos

Ap. Hinem.
to. 1. p. 574.
to. 8. Conc.
p. 696.

(*) Quid de hoc facto affirmandum non sa-
 tis liquet. Nam vix credibile est, nisi aliqua fraus
 subsit, hominem ex aqua vere fervida incolumem
 posse emergere.

sallos suos convocari jubet. Congregatis Rex dicit; *ex quo Theutbergam duxisset, cepissetque gliscere inter eos discordia, se comperisse, horrendo dudum crimine fuisse inquinatam, unde eam Conjugem habere sibi amplius non liceret. Sibi deinde in Italiam ad Ludovicum Imperatorem fratrem suum profecto complura adjuncta nefandi facinoris fuisse revelata. Cum itaque tantæ rei incertus diutius esse nollet, præcipere se quatuor Episcopis & Abbatibus duobus, ut ad Theutbergam se conferrent, & an vera de ea fama sparsisset inquirerent.*

Cum Episcopi a conspectu Reginae fuissent digressi, Guntharius omnium nomine, *Theutberga, inquit, o Rex! Deo & nobis confessa est, se, attamen vi adhibita, flagitium, quod aperire verecundia non sineret, passam esse; unde se omnino indignam credit, quæ tibi vel cuicumque alio viro commercio conjugali jungatur. Petiit, ut liceat sibi vestem sæcularem mutare, & ad subeundam pœnitentiam secedere, dixitque, se ad hoc faciendum nullo iracundiæ contra te aut vindictæ motu impelli. Adventius adjecit: Hoc me crimen hucusque latuerat. Nunc vero, non amplius fas est vobis licentia conjugali uti; etsi amor in eam tibi ut antea duraret, suaderem tamen, ut eam, sicut cupit, velari permitteres. In eandem*

B 3

Theut.

Sæculum IX. Theutgaudus concessit sententiam, &
A. C. 860. Egil Abbas Reginae nomine dixit, eam ad
 petendam discedendi facultatem non agi
 metu aliquo, sed amore Dei & Salutis
 suae desiderio. Hæc in Actis in septem
 Articulis divisim leguntur.

Alia quoque in octo Articulis divisa
 conscripserunt Episcopi, ad Episcopos
 Collegas suos directa, a quibus in hac
 causa consilium exposcebant. In iis ac-
 curatius, quæ inter se & Reginae acta
 essent, referunt; *cum Episcopos ad se vo-*
casset, ad ipsorum pedes prostratam ro-
gasse, quid consilii sibi darent, & respon-
disse, invocato Dei nomine, ne spe aut me-
tu, etiam mortis inferendæ, mendacio se-
ream diceret, si innocens esset. Ex ipsa
deinde, postquam fuisset confessâ, Episcopos
quæsiuisse, an, si ipsi pænitentia, quam pe-
teret, concederetur, promitteret, se nun-
quam quæ modo dixisset fecissetque retra-
ctaturam? eamque addito juramento id
promisisset. Ex sequentibus videbimus,
 tantam Episcoporum prudentiam fuisse
 necessariam.

Sed necdum fatis. Celebrata sunt
 Comitia generalia præsentibus omnibus
 Regni, quo Lotharius potiebatur, Pro-
 ceribus, Aquisgrani, circa medium Fe-
 bruarii, anno octingentesimo sexagesi-
 mo, quibus iidem qui prius Episcopi
 Guntharius Colonienſis, Theutgaudus
 Trevi-

Trevirensis, Franco Tungrensis, & præ-
 terea Venilo Rotomagensis, Hatto Vir-
 dunensis, Hildegarius Meldensis, Hildui-
 nus Avenionensis interfuere. Theut-
 berga primum coram Rege, & deinde
 apud quosdam Episcopos & Laicos, qui
 convenerant, crimen falsa, Regi etiam
 tradidit libellum, in quo suam confessio-
 nem scribi jusserat; se in prima adole-
 scentia ab Huberto fratre suo Clerico
 fuisse vitiatam. Idque se confiteri non
 necessitate adactam, nec quoquam alio
 impellente, sed voluntate libera, & ex
 amore Salutis suæ. Tum Episcopi ad Re-
 gem conversi jurejurando obtestantur,
 ut sincere ediceret, an hortatu vel com-
 minatione Reginam ad se ipsam falso ac-
 cusandam adegisset. Ille jurat, id a se
 minime factum, & profitetur, se nun-
 quam fuisse vulgaturum arcanum ma-
 lum, nisi id ab aliis præsertim in Burgun-
 dia & Italia fuisset manifestatum. Ideo
 etiam se Judicio, quod Theutbergæ fa-
 vissset, acquievissse, quamvis, iniquum
 esse, sciret. Nempe loquitur de Proba-
 tione aquæ ferventis, ex qua Theutberga
 innoxia fuerat pronunciata.

Episcopi postea, sermone ad illam di-
 recto, Dei nomine obsecrant, & pœnam
 damnationis æternæ comminantur, si
 crimen falsum in se reciperet. Promit-
 tunt auxilium contra omnes, qui inno-

B 4 centem

Sæculum IX.
 A. C. 860.

Sæculum IX. centem vellent opprimere, monent, non
 A. C. 860. amplius locum defensioni fore, si Episco-
 pi sententiam pronunciaffent. Ipsa ta-
 men constanter peccatum confitente, de-
 clarant Episcopi, Theutbergæ pœnitentiam publicam esse subeundam. Hæc in Actis hujus Conventus leguntur; sequentia vero docebunt, an fide digna sint.

Ann. Bert. Itaque secundum hoc Judicium Re-
 860. gina Theutberga Monasterio includitur. At a Rege marito iræ impotente pejora timens, eodem anno clam egressa fugit ad fratrem Hubertum in Regno Caroli

Nicol. ep. 21. existentem. Inde missis ad Nicolaum
to. 8. Conc. Papam Oratoribus contra judicium Epi-
p. 394. scoporum querelam movet. Nec non

ibid. p. 697. Lotharius Theutgandum Archiepiscopum Trevirensensem & Hattonem Episcopum Virdunensem Romam mittit cum epistola nomine omnium Episcoporum in Regno suo scripta, in qua dicebant, se causam hanc non lata ultima sententia definivisse, sed solummodo Theutbergæ publice confitenti pœnitentiam injunxisse. Inde Papam rogabant, ne nimium faciles Lotharii inimicis aures concederet. Ad idem quoque tempus referri potest epistola Lotharii simulque Regis Ludovici, Patruis ipsius nomine ad Papam submississimo calamo data, in qua ambo Reges de Carolo Calvo conqueruntur, quod

ap. Bar. an.
 860.

contra

contra sancita toties fœdera Ditiones Sæculum IX.
 ipsorum invadere meditaretur, hortan- A. C. 860.
 turque Pontificem, ut exemplum Ante-
 cessorum suorum sequeretur, & in Fran-
 ciam veniens turbulentum Regem cen-
 surarum Ecclesiasticarum metu coerce-
 ret.

§. VII.

S. Ado Viennensis.

Antequam Romam profectionem susci- to. 8. Conc.
 perent Theutgaudus & Hatto frequen- p. 708.
 tissimo interfuerunt Concilio, quod Tu-
 siaci in Diœcesi Tullensi celebratum. Ad-
 fuere Episcopi ex Provinciis quatuorde-
 cim, nimirum ex Provincia Lugdunen-
 si, Rotomagensi, Turonensi, Senonensi,
 Viennensi, Arelatensi, Vesuntina, Mo-
 guntina, Coloniensi, Trevirensi, Remen-
 si, Bituricensi, Burdegalensi, & Narbo-
 nensi. Item duodecim venerunt Archi-
 episcopi, duobus solummodo emanenti-
 bus Arelatensi & Moguntino. Univer-
 sim vero in Subscriptione quinquaginta
 septem Episcopi numerantur.

Archiepiscopus Bituricensis erat Ro-
 dulfus, vulgo *Raoul*, filius cujusdam Co-
 mitis, ejusdem nominis, Cadurcensis, *Art. SS.*
 qui eum anno octingentesimo vigesimo *Ben. to. 6.*
 tertio Clericis adscribi jubens, agrum de- *p. 156.*
 dit in Territorio Lemovicensi. Hoc
 omnium primum exemplum mihi occur-

Sæculum IX. rit; Clerico Titulum patrimonii fuisse
A. C. 860. concessum.

*Eod. to. 6.
p. 262.* At neminem magis illa ætate fama
celebravit, quam Adonem Archiepiscopum
Viennensem. Eum anno circiter
octingentesimo natum parentes nobi-
li genere insignes puerulum Abbatix
Ferrariensi obtulerunt, ubi Monasticum
habitum accepit. Exinde Marcuardus
Abbas Prumiensis sciens quam egregius
esset, Lupum tunc temporis Abbatem
Ferrariensem rogavit, ut sibi Adonem
mitteret. Concessit petenti, quod vo-
lebat; Lupus; sed Ado quorundam Mo-
nachorum Prumiensium invidia vexatus,
relicto illo Monasterio, Romam peregrin-
atus est, ubi per quinquennium com-
moratus Scientia Ecclesiastica appime
imbutus est. In reditu cum Ravennæ
diversaretur, in manibus cujusdam Mo-
nachi vidit Martyrologium, ab aliquo
SS. Pontificum olim ad Episcopum AQUI-
LEJENSEM missum, quod ipse descripsit. Id
vetus Martyrologium Romanum fuisse
creditur. Inde Ado in Franciam rever-
sus Lugduni substitit, ubi ex consortio
virorum Ecclesiasticorum doctrina flo-
rentium eruditior factus Martyrologium
suum composuit, cujus fundamentum
illud alterum Martyrologium posuit,
quod Ravenna attulerat. Imo sua indu-
stria Remigii Archiepiscopi Lugdunensis
&

*Tom. Cod. 6.
præf. c. 6.
n. 174.*

& Ebbonis Episcopi Gratianopolitani animos sibi adeo devinxit, ut Lupum Abbatem rogaverint, ne ægre ferret, si Ado nunquam rediret Ferrariam. Concessit ei Lupus obedientiæ Benedictionem, id est, epistolam regularem, qua petitam licentiam tribuebat, similemque epistolam ab Archiepiscopo Senonensi Venilone obtinuit. Itaque impetrato Præpositorum suorum consensu liber Lugduni mansit, ubi Remigius ei in Ecclesia S. Romani habitaculum constituit. Ecce vero, Agilmaro Archiepiscopo Viennensi vita functo Ado eodem anno 860. ejusdem Successor eligitur. Non defuere, qui obsisterent, dicentes, minime decere, ut Monachus Gyrovagus tanta Dignitate ornaretur. Cumque Gerardus Comes & Berta ejus uxor litteras ad Lupum Ferrariensem dedissent, ille Discipulum suum ab omni labe immunem, & virum Episcopatu omnino dignum esse rescripsit. Ergo Archiepiscopus Viennensis annos natus circiter sexaginta ordinatus, eodem anno Concilio Tusiacensi interfuit.

Sæculum IX.
A. C. 860.

Lup. ep. 122.

§. VIII.

Concilium Tusiacense.

Concilio Tusiacensi * initium datum * est Tullense
est vigesima secunda Octobris, in secundum,
quo Canones quinque contra rapinas,
per-

Sæculum IX. perjuria aliaque crimina, quæ tunc Fran-
 A.C. 860. ciam inundabant, conditi. Velatæ Vir-

c. 2.

gines occulte lapsæ, vel quæ publice nupserint, & Viduæ incontinentes, quæ luxuriando turpissime in domibus suis vivunt, ita ut etiam quædam filias suas lascivis juvenibus prostituunt, usque ad finem vitæ in ergastulis retrusæ pœnitentiam agant. Viri autem, qui vim eis intulerint, & ipsi censura Ecclesiastica ad pœnitentiam constringantur. Principes autem & Judices ab Episcopis rogati eos sua auctoritate adjuvent. Episcopi da-

c. 4.

tis invicem litteris de Excommunicatis certiores se faciant, ut omnes sciant, cum eis non esse communicandum. In Arti-

c. 5.

culo quinto dicunt Episcopi: *Quia plurima loca Deo Sacra & Monasteria a crudeli gente Normannorum incensa & vastata sunt, atque hac occasione multi lascivi Clerici & Monachi relicto Religionis habitu vagabundi circum feruntur, volumus, ut ad Disciplinam Episcoporum & Abbatum suorum revertantur.*

p. 707.

Præter Canones promulgata est epistola Synodica ab Hincmaro composita & ad omnes Fideles directæ, in qua Bonorum Deo Sacrorum naturam edocentur; atque ab eorum injusta usurpatione, quod vitium tunc erat frequentissimum, & ab omni rapina, abstinere monentur.

§. IX.

§. IX.

Sæculum IX.
A. C. 860.*Causa Stephani & Regimundi.*

Concilio Tusiacensi redditæ sunt epistolæ cujusdam Comitis Regimundi contra generum suum actionem moventis, quod uxorem suam nollet cognoscere; dicebat enim, se cum aliqua ejusdem puellæ propinqua quondam carnali commercio miscuisse. Cum igitur hæc res per annos circiter tres a plurimis ventilaretur, atque Socer Generque essent viri potentes, quorum jurgia Ecclesiam & rempublicam turbare possent, visum est Synodo hujus causæ cognitionem ad se pertinere, jussitque Stephanum, qui obsequii causa in Regia versabatur, advocari. Ille petiit, ut Episcopis secreto loqui sibi daretur, quibus dixit: *In fragili juventutis ætate cum quadam femina res mihi fuit. Filia Comitis Regimundi postea desponsatus meminisse cæpi, sponsam meam illam feminam sanguinis propinquitate contingere. Consului virum, qui mihi erat a confessionibus, qui mihi ostendit librum, collectio Canonum, nisi fallat memoria, appellatum, legitque me præsentem, non licere homini Christiano propinquæ suæ per matrimonium jungi, quousque cognationis gradus numerari possit, aut cum duabus feminis affinibus copulari. Nec aliud incesto conjugio inveniri*

p. 716.

Hincm. ep.

37.

veniri

Sæculum IX. *veniri remedium, quam cito separari. In-*
A. C. 860. *terea Domini mei & Regis mei gratia ex-*
cidi; jamque in ipsius Regno versari tu-
to non licebat, & illinc Regimundus omnes-
que consanguinei instabant, ut sponsam
meam conjugem ducerem. Unde necessi-
tate compulsus (de vita enim periclitabar)
publicis nuptiis in uxorem accepi, sed in-
tactam haecenus conservavi, ne unamcum
puellam innocentem perderem. Jam quid
actum sit ingenue & coram Deo vobis ape-
rui, nec dolo, nec odio, nec amore alte-
rius feminae impulsus. Si petitis, id-
ipsum Sacramento confirmabo aut quocun-
que alio argumento demonstrabo. Ce-
terum consiliis vestris obedire paratus
sum.

Auditum Stephanum Synodus sece-
 dere jussit. Deinde singulis opinionem
 suam proferentibus statutum, ut Archi-
 episcopi Bituricensis & Burdegalensis, in
 quorum provinciis partes litigantes exi-
 stebant, congregatis ad Synodum suis
 Suffraganeis, ubi Rex cum Proceribus in-
 teressent, causam istam ad felicem exitum
 perducere conarentur, & secundum
 Canones Episcopali auctoritate dirime-
 rent. Tum Stephano gratissimam con-
 ditionem recipiente Synodus Tusiacen-
 sis Hincmaro Archiepiscopo demanda-
 vit, ut Commentarium conscriberet, in
 quo, postquam factum enarrasset, qua
 ratio-

ratione de jure hæc quæstio decidenda Sæculum IX.
A. C. 860.
esset, sententiam suam exponeret.

Mandatum implevit Hincmarus edito libello ad Rodulfum Bituricensem & Frotarium Burdegalensem directo, in quo dicit: *Stephanus puellam sibi desponsatam adducat ad Synodum in Aquitania celebrandam, ibique puella interrogetur; an verum sit, quod Stephanus dicit, se illam hæcenus servasse intactam. Si illa intactam se affirmet, examinandum est, quantum fieri potest, an subsit causa pudenda, ob quam Stephanus abstineat; non tamen propinquam illam, quacum se concubuisse fatetur, nominare compellatur, ne confessio ipsius reddatur publica. Si denique res ita se habeat, ut dicit, ipsius matrimonium cum filia Regimundi nullum est, quod metu contractum sine incestu consummare non potuit. Unde sequitur esse separandos, & utrique ad alias nuptias transeundi suam salvam manere libertatem. At Stephanus dotem filiae Regimundi datam amittat, & penitentiam subeat, ob peccatum fornicationis cum illa propinqua admissum, & abusum Sacramenti Matrimonii, quod contra dictamen suæ conscientiae iniit. Hæc est Hincmari Sententia.*

op. 37.
to. 2. p. 647.

n. 2.

n. 3.

n. 4.
p. 655.

n. 5.

Sæculum IX.
A. C. 860.

§. X.

Causa Ingeltrudis.

Nicol. ep. 58. **I**n Concilio Tusiacensi Ingeltrudis quoque causa agitata. Ea Comitis Matfridi filia Comiti Bosoni in Longobardia provinciæ Mediolanensis nuptui data, & a quodam corrupta, relicto marito, in Gallias cum adultero effugit. Postquam vero Boso nihil intentatum reliquisset, quo perfidam ad sanio-rem mentem reduceret, imploravit auctoritatem Benedicti Papæ, tunc S. Sedem tenentis, qui dum vixit Imperatorem, Principes, omnesque Fideles datis litteris non cessavit hortari, ut hanc mulierem ad officium compellerent. Nicolaus Papa Benedicti Successor eosdem conatus adhibuit, sed frustra; tandem Mediolani Concilium celebrari iussit, quo Ingeltrudis citaretur, & nisi intra præstitutum tempus comparet, excommunicaretur. Illa deinde absens & contumax excommunicatur, Papa illius Concilii Decretum confirmante.

Interea cum ad notitiam Pontificis devenisset, hanc mulierem in Regno Lotharii delitescere, datis ad illius Regni Episcopos & imprimis ad Archiepiscopos Theutgandum & Guntharium litteris eorum vituperat negligentiam, quod tantum scandalum non tollerent, & certiores

tiore facit, Ingeltrudem fuisse excom-
 municatam, jubens, ut & ipsi eam ex-
 communicent, nisi ad maritum suum re-
 dired. Datis ad Regem Carolum quo-
 que epistolis rogavit Pontifex, ut a Lo-
 thario nepote suo impetrare conaretur,
 hanc mulierem ex ipsius Regno expelli,
 ipseque eam ejiceret, si in Regnum suum
 veniret.

Guntharius Archiepiscopus Colonien-
 sis, in cujus Dioecesi Ingeltrudis versa-
 batur, cum sciret eam Regis sui præsidio
 munitam, ægre adduci poterat, ut eam
 remitteret. Unde Hincmarum Remen-
 sem totius Conventus nomine hac super
 re consulens litteras ad eum dedit in
 hunc modum: *Si uxor Bosonis veniat ad
 me & publice confitens dicat: in adulte-
 rium lapsa laesi maritum meum. Ideo ad-
 te, qui Dei Vicarius es, confugio, ut sal-
 ves animam meam & mihi vitam conser-
 ves. An bene faciam, si ei injungam pœ-
 nitentiam publicam, quam in mea Dic-
 cesi, quo convolavit, impleat, vel estne re-
 mittenda ad maritum suum, ea conditio-
 ne, ne eam morti addicat, sub pœna ex-
 communicationis, atque ut post peccatam
 pœnitentiam dilectam conjugem denuo re-
 cipiat?*

Cum Hincmarus protinus respon-
 dere non potuisset, data deinde episto-
 la mentem suam declaravit in hunc mo-
 dum

Hist. Eccles. Tom. XII.

C

dum

Sæculum IX.
 A. C. 860.

Ep. I. app. I.
 p. 480.

Hincmar.
opusc. 38. to.
2. p. 669. to.
8. Conc. p.
 1920.

Sæculum IX. dum: *Hæc mulier nupsit Bosoni in alia*
A. C. 860. *Diœcesi & in alia Provincia existenti; un-*
de sub pœnitentiæ prætextu non avellatur
a marito, qui eam adulterii non accusat,
sed solummodo conqueritur, quod a se di-
scesserit, jamque per annos ferme tres in
remotis provinciis moretur, quamvis eam
sæpius ad reditum invitasset, eique, ut Pon-
tificis mandato obsequatur, ignoscere vel-
let. Itaque Rex ille, in cujus principatu
degit, eam ad maritum suum reduci ju-
beat, & sic servetur pactum inter Reges
nostros constitutum, velle se fugitivos al-
terum alteri remittere. Tu vero, in cu-
jus Diœcesi illa versatur, ab ejusdem ma-
rito juramentum exigas, quod eam cle-
menter habere velit. Et jure tuo id fa-
cies, quia fugitiva Ecclesiæ patrocini-um
implorat. Si Boso datam fidem fregerit,
eum Episcopus suus Diœcesanus secundum
Canones judicet; si vero mulier vel pro-
pria confessione, vel alio modo adulterii
convincatur, ejusdem Episcopi Diœcesani
est, ei pœnitentiam injungere. Secus, or-
 p.674. *do Disciplinæ turbabitur, eritque, quod*
improbi Sacerdotibus objiciant. Dicent
enim; faciamus, quod lubet; ad Eccle-
siam deinde & Episcopum convolabimus,
& pœnam effugiemus.

§. XI.

Sæculum IX.
A. C. 860.*Papa Legatos Constantinopolim
mittit.*

Inter hæc Arsaber Michaelis Imperato- *Anast. in Nic.*
ris Legatus & quatuor Metropolitæ *ep. Metroph.*
a Photio missi Romam pervenerunt; ne- *p. 1387.*
mo vero adfuit nomine Ignatii, adversa-
riis ipsius id non permittentibus. Un-
de Pontificem etiamnum latebant, quæ
inter Ignatium & Photium acta fuerant,
& quam parum sincere Constantinopoli-
tani cum ipso agerent. Nihilominus
circumspecte rem aggressus Nicolaus,
congregata Synodo, Legatos duos Ro-
dualdum Episcopum Portuensem & Za-
chariam Episcopum Anagninensem mittit
cum mandatis, ut omnia, quæ de cultu
Sacrarum Imaginum proponerentur, in
Concilio definirent; nihil enim amplius
faciendum supererat, quam ea, quæ in
Synodo Septima decreta fuerant, exe-
qui. Quod vero ad causam Ignatii &
Photii spectabat, id solummodo Legatis
mandatum, ut in eam Canonice inqui-
rerent, & quæ explorassent, ad Papam
referrent. Duas iis deferendas dedit
epistolas, unam ad Imperatorem Michae-
lem, alteram ad Photium, ambas viges-
ima quinta Septembris, Indictione nona,
nempe anno octingentesimo sexagesimo,
datas.

C 2

In

Sæculum IX. In epistola ad Imperatorem Nicolaus
A. C. 860. Papa queritur; in ultimo Concilio Con-
 stantinopolitano Ignatium fuisse deposti-
 tum Sacra Sede inconsulta, atque ex
 ipsa Imperatoris epistola non apparere,
 ipsum vel propria confessione, vel aliis ar-
 gumentis canonice convictum fuisse. De-
 inde reprehendit, quod Laicus ad Sedem
 Constantinopolitanam fuerit promotus,
 ostenditque ex Conciliis & SS. Pontifi-
 cum Decretalibus, quantum hæc ordina-
 tio Regulis Ecclesiasticis repugnet. Con-
 cludit vero in hunc modum: *His itaque
 prælibatis in Consecrationem hujus viri
 consentire non possumus, donec per Lega-
 tos nostros, quid in hac causa actum sit, ad
 nos relatum fuerit. Atque ut in omni-
 bus rectus ordo seruetur, volumus, ut Igna-
 tius in conspectum Legatorum nostrorum
 & totius Concilii veniat, ibi interroge-
 tur, cur commissum sibi gregem deserue-
 rit, & examinetur, an Canonice fuerit
 depositus. Tum si omnia nobis fuerint
 significata, quid pro pace Ecclesiæ vestræ
 agendum sit, Apostolica Sanctione desinie-
 mus.* Transit postea Pontifex ad quæ-
 sitionem de imaginibus, præsumens se-
 cundum contenta in epistola Imperato-
 ris, Constantinopoli adhucdum aliquos
 Iconoclastas reperire esse, & summam
 de hac materia differit. Petit deinde,
 ut Sacræ Sedis Jurisdictio per Episco-
 pum

Nic. ep. 2.
 to. 8. Conc.
 p. 270.

p. 1021.

p. 273.

pum Theſſalonicenſem, utpote Vicarium ſuum, in Epirum, Illyricum, Macedoniam, Theſſaliam, Achajam, Daciam, Mœſiam, Dardaniam, & Prævalim reſtituatur. Tandem poſtulat etiam, ut reſtituantur patrimonia Eccleſiæ Romanæ in Calabria & Sicilia, atque juſ ordinandi Episcopum Syracuſanum S. Sedi conſervetur. Papa hujus epistolæ exemplaria tria ſcribi juſſit, actus ſuſpicionem, fieri poſſe, ut unum depravaretur. Unum igitur exemplar ſibi Romæ ſervavit, alterum legatis dedit, quod Imperatori redderetur, & tertium, quod in Concilio Conſtantinopoli legerent, ſi forte Imperator ſuum ibi recitari nollet.

In Epistoſta ad Photium Papa dicit, ipſius Confeſſionem Fidei quidem eſſe Catholicam, ſed Ordinationem contra Canones factam non probat. *Hinc, inquit, nullatenus in eam conſentire poſſumus, donec ex illis, quos Conſtantinopolim miſimus, intellexerimus, qualis ſit vita tua & pro deſenſione fidei zelus.*

Ubi Legati Conſtantinopolim perverunt, per tres meſes ita cuſtoditi ſunt, ut præter familiares ſuos nemini colloqui, nec qua ratione Ignatius deſiſtus fuiſſet, explorare poſſent. Elapſo illius temporis ſpatio, iis comminatione terribili denunciatur, peſſime habendos eſſe, niſi Imperatoris voluntati obtemperarent,

Sæculum IX.
A. C. 860.

Nicolaus Pa-
pa ad Mi-
chaelem Im-
peratorem.

p. 273.
Sup. lib.
XXIV.

ſ. 31.
l. XXVI.
ſ. 39.

Nic. ep. 10.
p. 353.

Nic. ep. 3.

Nic. ep. 6.
p. 280.

ep. 9. p. 329.
ep. 6. in fin.



Sæculum IX. A. C. 861. rent, & inter alia terriculamenta, eji-
ciendos esse in exilium, ubi tam dira
longissimo tempore essent passuri, ut ad
devorandos vermes ex putredine corpo-
rum suorum nascentes adigerentur. Le-
gati, postquam per octo menses repugnaf-
sent, succubuerunt.

*Epist. Me-
troph.*

p. 1388.

Nic. p. 1203.

Interim Ignatius Patriarcha ex Insu-
la Mitylene revocatur post semestre, un-
de sequitur id factum mense Februario
anno octingentesimo sexagesimo primo,
& in Insulam Terebinthum reducitur, ubi
complures ærumnas sustinere coactus est
ob improbitatem Nicetæ, cognomento
Oriphæ Drongarii, inter Classarios Cæ-
saris stipendia merentis, cui Ignatii do-
mesticos sua manu flagellis cadere va-
cavit. Illo tempore ignoti hæcenus po-
puli (Scytharum coloniam putaverunt)
crudelissimi, qui *Ros*, id est, Russi dice-
bantur, usque ad Ponti Euxini littora
irrupunt, omnia diripiunt, & ne capti-
vi oneri essent, omnes homines, quot-
quot in eorum manus incidebant, jugu-
lant. Cum Insulas Constantinopoli pro-
xime adjacentes depopularentur, Ignatii
Monasteria quoque vastant, ejusque do-
mesticos viginti duos præ ceteris caros
hæstis frustillatim concidunt. Qua sæ-
vitia ad S. Virum delata ait: *Dominus
dedit, Dominus abstulit.* Additis reliquis
Jobi verbis, & Gratias pro omnibus Deo
egit.

§. XII.

§. XII.

Sæculum IX.
A.C. 861.*Concilium Anti-Ignatianum.*

Haud longo post tempore Photius Concilium in Ecclesia Apostolorum Constantinopoli celebrat, in quo Episcopi trecenti decem & octo annumeratis Papæ Legatis adfuerunt. Imperator quoque aderat cum omnibus Magistratibus & magna populi frequentia. Omnibus congregatis ad Ignatium Prætor Baanes, & quidam alii vilis conditionis mittuntur, qui ad eum dicunt: *Magnum & Sanctum Concilium vocat te, veni actutum, & ad ea, quæ contra te afferuntur, responde.* Ignatius respondet: *Edicite, obsecro, quomodo veniam, & cujus personam sustineam, Episcopi, Presbyteri, vel Monachi?* Illi respondent: *Nescimus; sed interrogabimus, & responsum tibi feremus.* Altera die redeuntes dicunt: *Antiquæ Romæ Legati tibi præcipiunt, ut ad Concilium Oecumenicum sine mora venias, eo habitu, quem te decere propria tibi conscientia suggerit.* Illico Ignatius vestem Patriarchalem induit, atque iter pedibus ingreditur Episcopis, Presbyteris & permultis Monachis sæcularibusque comitantibus. Ecce autem ante Ecclesiam S. Gregorii Nazianzeni, ubi Crux in media platea supra columnam marmoream posita erat, procedenti occur-

Sæculum IX. rit Joannes Patricius cognomento *Coxes*
A. C. 861. dicens, missum se ab Imperatore, ipsi
 mortem denunciari jubente, si alio habi-
 tu quam simplicis Monachi in Concilio
 se sistere auderet. Paruit Ignatius, & a
 Joanne ad Concilium duci se passus est.

Libell. venit, Laurentius Presbyter & duo Ste-
Theogn. to. phani, unus Subdiaconus, & alter Lai-
8. Conc. p. cūs ad eum missi dixerunt: *Quomodo au-*
1266. *sus es vestibus Sacris indui condemnatus*
& propter tot crimina depositus? Tum
 vi adhibita ex eorum, qui eum comita-
 bantur, manibus raptum, solum dedu-
 cunt in conspectum Michaelis Imperato-
 ris, qui statim in S. Virum convicia inges-
 sit. Dixit Ignatius, dura verba tormen-
 tis tamen esse molliora. Tum Impera-
 tor aliquantisper mitior eum in scamno
 ligneo considerare jubet.

Brevi sermone interjecto, facta est
 Ignatio potestas Legatis Rodoaldo & Za-
 chariæ colloquendi. Ille interrogat,
 quare Roma Constantinopolim iter su-
 scipissent; cui respondent: *Legati su-*
mus Nicolai Papæ, qui nos ad causam tuam
judicandam misit. Rursus ille quærere,
 an litteras Papæ ad se attulissent. Et
 Legati respondent, nullas se ad ipsum
 attulisse litteras, quia non ut Patriarcha,
 sed tanquam depositus a Concilio Pro-
 vincia suæ haberetur. Se vero secun-
 dum

dum Canones judicatu-
 rous. Tunc Ignatius: *Ergo prius ejicite adulterum* (nempe Photium) *quod si non potestis, nolite esse Judices.* Legati manu extensa Imperatorem ostendentes dicunt: *vult, ut Judices simus.* (*) Tum qui Imperatorem circumstabant, Ignatium qua precibus qua comminationibus urgere, ut datis litteris se munere suo abdicaret; cumque operam perderent, conversi ad Metropo-

Sæculum IX.
 A. C. 861.
 Ignatius in
 Judicio.

C 5

tropo-

(*) Ecce! Imperator Græcorum vult, ut Legati Pontificis Romani in hac causa Judices sint. Quamvis vero ex his omnibus & sequentibus mala Imperatoris, Photii, & Græcorum fides factis appareat, nihilominus etiam liquet, ipsos percipiisse cum Sede Romana Communionem conservare, si res hæc cum ipsorum dominandi libidine (siquidem Titulus Episcopi novæ Romæ, vel Oecumenici, quem aliqui Patriarchæ Constantinopolitani usurpabant, nihil aliud erat quam nova stultitia) conciliari potuisset. Ad hanc vero Antiquæ Romæ Communionem jam ante occulte sed auspiciato rediisse vulgatum est anno 1754. Serenissimum Principem Fridericum, modo regnantem Landgravium Hasso-Cassellanum, cujus Parentis Wilhelmi VIII. obitus hoc anno 1760. nunciatur. Hæc conversio pensatis omnibus adjunctis (quippe nihil nisi solius veritatis vis hunc Principem ad amplexum Religionis Catholicæ impellere potuit) ingens contra Protestantes est præjudicium. Quam vero optandum fuisset, ut

Sere-

Sæculum IX.
A. C. 861. tropolitans jurgabantur; *forſan pati potuiſſetis*, inquiebant, *ut ſe abdicaret, & modo ipſum Patriarcham vobis expetitis.* Metropolitæ reſponderunt: *ex duobus malis nobis imminentibus, ira Imperatoris, & ſeditione populi, minus elegimus. Sed vos Patriarcham Sedi ſuæ reſtituite, & cura noſtri non angat vos.* Rurſus Imperatoris præfecti Ignatium exhortari, & petere ab ipſo ſcriptam abdicatiſſionis formulam, ut Photius quietam poſſeſſionem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ conſequeretur. Sed illo conſtanter reſucante ſolutus eſt Conventus, & nihil amplius illa die actum.

Per dies complures tenuit contentio. Verum cum Ignatii conſtantia frangi non poſſet, iterum vocatur ad Concilium miſiſ ad ipſum iisdem miniſtris, nempe Laurentio & duobus Stephanis, tanquam Judicum famulis. Reſpondit Ignatius, ſe non iturum, quod videret, Judices nullatenus ſecundum Regulas Eccleſiaſticas agere. *Necdum enim*, inquiebat, quaſi præſen-

Sereniſſimo Fidei Catholicae Confeſſori in Actis, ut vocant, Aſſecurationis meliores futuri Regiminiſ conditiones fuiſſent aſſertæ, & non adempta libertas, jure naturæ patri competens, qua curare potuiſſet, ut tres filii Principes in Religione Catholica inſtituerentur, converterentur, & confirmarentur!

præsentibus Papæ Legatis loquens, *Usur-* Sæculum IX.
patorem non ejecistis; imo cum ipso epula- A. C. 861.
mini, & adhuc longe positi munera ejus ac-
cepistis; misit quippe vobis adhuc Redeste
hærentibus vestes & Reliquias. Non agno-
sco vos Judices. Ad Papam me ducite,
cujus Judicio subibo lubens. Cuncti, qui
apud Ignatium erant, idem se sentire &
velle profitebantur, & Ignatius illos, qui
se vocatum advenerant, rogavit, ut le-
ctionem epistolarum, quas episcopis mit-
tebat Summo Pontifici reddendas, au-
dirent. In iis adducebat Epistolam In- Sup. l. XXI.
nocentii Papæ pro causâ S. Chrysoftomi, S. 50.
ubi dicebat, non teneri ipsum prius in
Judicio se sistere, quam in Sedem suam
fuiisset restitutus. Item Canonem quar-
tum Sardicensem; si quando Episcopus
depositus objecta diluere paratus sit, non
prius alium in ipsius Sedem esse intru-
dendum, quam Episcopus Romanus Sen-
tentiam pronunciaffet. Tum obtestaba-
tur Ignatius Delegatos a Concilio, ut
hasce litteras ad manus Papæ deferri cu-
rarent.

Episcopis postea & Magistratibus assi-
 due instantibus, ut ad Concilium se con-
 ferret, dixit: *Canones nunquam legisse*
videmini. Regula est, Episcopum, cum
ad Concilium citatur, a duobus Episcopis
& ter vocari debere. Vos vero per duos ho-
mines, quorum unus Subdiaconus est, & al-
ter

Sæculum IX.
A. C. 861.

Ignatii
Causa.

ter Laicus, me vocatis. Cumque testes producerentur, qui juramento affirmare se velle dicerent, Ignatium nullo confecto decreto Electionis fuisse ordinatum, respondit: *Quinam sunt hi testes? quibus fidem facient? quis Canon Imperatorem testes producere jubet? Si Episcopus non sum, nec tu Imperator es, nec isti & nec ipse Photius Episcopi sunt; omnes enim manibus meis, indignis quidem, consecrati estis. Si Usurpator ex gremio Ecclesiae esset, lubentissime cederem; quomodo autem hominem alienum Jesu Christi ovibus pastorem dare possum? de numero Excommunicatorum & Anathematizatorum est. E cœtu Præfeſtorum Laicorum evocatus, a viro anathematizato & deposito ordinatus est. Cum Metropolitans eo adduxit, ut ipsum Episcopum vellent recipere, datis litteris & jurejurando promittere coactus est, nihil se, me non consentiente, acturum, & pro patre habiturum. Attamen vix dies quadraginta ab ejus Ordinatione effluxerant, cum publice me deposuit & absentem anathematizavit. Ipso jubente exemplar hujus promissi e manibus Archiepiscopi Cyziceni ea violentia ereptum, ut nihil propius fuerit, quam ut etiam digiti illud tenentis avellerentur; quem deinde deposuit. Alios terroribus, alios donis permovit, ne ultra illius jurati promissi meminissent. Post hæc omnia*

Episco-

Episcopi juncti Magistratibus & deinde iterum Episcopi soli Ignatium urgent, ut Scripto se Episcopatu abdicaret. Tandem omnes domum se conferunt.

Sæculum IX.
A. C. 861.

Nicot. 1206

Inde diebus decem elapsis & Ignatio in Concilium perducto, contra eum producuntur septuaginta duo testes jam a longo tempore sollicitati, omnis conditionis homines, aliqui de fæce populi, alii ex ordine Senatorio, quorum Duces erant duo Patricii, Leo Creticus & Theodotacius, exinde officiorum Magister. Hi singulatim admissi juramento affirmarunt, Ignatium sine ullo Electionis Decreto fuisse ordinatum. Tum legi jubetur trigessimus Canon Apostolorum, in quo statuitur, ut Episcopus, si ad capiendam possessionem Ecclesiæ usus est opera potestatis Sæcularis, deponatur & excommunicetur. At suppressa sunt ultima verba subjecta: *Et omnes illi excommunicentur, qui cum ipso communicaverint;* nempe quia omnes ipsimet communicaverant cum Ignatio, quem annis undecim Patriarcham suum venerati fuerant. Tandem longo tempore jurgati contra Ignatium depositionis Sententiam pronunciant. Mox Procopius Subdiaconus, quem olim ob vitæ insaniam & mores profanos deposuerat, stans retro cœpit ejus humeris pallium & reliquas vestes Sacras detrahere, & clamare;

Deponitur.

Ana-

Sæculum IX.
A. C. 861.

Anaxios, id est, indignus! secundum Definitionis formulam. Legatis Zacharia & Rodoaldo cum quibusdam aliis idem clamantibus & condemnationem confirmantibus, Ignatius stabat in medio cooperatus centonibus, quos ei prius de industria iniecerant.

§. XIII.

Hujus Concilii Canones.

Nic. ep. 10.
p. 355.

Altera quoque Sessio habita, in qua de Cultu imaginum non serio, sed in speciem egerunt; hanc enim causam petendi Legatos Imperator obtenderat, et si vix ulli superessent Iconoclastæ. In ea igitur Sessione ex composito lecta est Epistola Papæ ad Imperatorem data, cuius in superioribus Sessionibus nulla mentio facta, sed misere truncata & corrupta, ita ut nihil appareret, quod Ignatius faveret, aut Photio adversaretur. Concilii vero Acta in duas partes divisa sunt, quarum una ad Ignatium & altera ad Imagines pertinet; hinc forte etiam Concilium primum & secundum in Basilica Apostolorum celebratum nominatur.

ap. Th. Bals.
p. 549.

Zonar. p.
238.
s. 7.

Canones Septendecim conditi, quorum plerique ad Monachos & Monasteria spectant. Nulla sine consensu Episcopi ædificentur Monasteria, & in Tabulario Episcopatus Commentarius omnium Bonorum Monasterii asservetur. Episcopi

pis nova fundare Monasteria ex redditibus Ecclesiarum suarum non liceat. Nemo vestem Monasticam induat, nisi præsente Præposito, cui futurus est subditus, & post tres probationis annos. Monachi nihil proprium possideant. Non egrediantur e suis Monasteriis, nec in alia transeant, nec in domos Sæcularium hominum divertant. Præpositi autem fugitivos persequantur, & captos custodia tradant. Nempe furentibus Iconoclastis Principibus permulti e Monasteriis fugere, quod demum possent, compellebantur; unde postea abusus ortus est.

Ad Schismatis occasionem præscindendam renovatur præceptum, ne Liturgia celebretur, aut Baptismus in Oratoriis domesticis conferatur. Nemo sub quocunque prætextu a Communione sui Episcopi se separet, donec in Concilio judicatus & condemnatus fuerit. Pari modo Episcopi a suis Metropolitibus, & Metropolitæ a suo Patriarcha recedere non audeant, nisi forte aliquis Præsul Hæresim publice damnatam doceat. Nemo non videt, hos tres Canones in gratiam Photii & ipsius Sectatorum esse fabricatos, & in odium illorum, qui cum ipsis communicare recusabant, quod etiamnum Ignatium pro suo Patriarcha haberent. Ultimi vero duo Canones contra Photium pugnare videntur; nam

Sæculum IX.

A. C. 861.

c. 2.

c. 5.

c. 6.

c. 4.

c. 3.

c. 12.

prohi-

Sæculum IX.
A. C. 861.
 6. 16.

prohibetur, ne alius Episcopus in Ecclesia, cujus Episcopus luce fruitur, ordinetur, nisi abdicaverit, vel deseruerit Sedem suam per sex menses, & tandem statuitur, ne deinceps Laicus ordinetur Episcopus priusquam per omnes gradus Ecclesiasticos fuisset probatus, nec illud trahatur in exemplum, quod raro & ob singularem Ecclesiæ utilitatem factum, si aliquando eximiorum meritorum viri præter ordinem assumpti fuissent. Hac exceptione se ipsum exemptum volebat Photius, haud gravate laturus, si in futura tempora in Electione aliorum Regula strictissime servaretur. Quod spectat ad Canonem præcedentem sperabat adhuc, Ignatium ad abdicationem compelli posse.

§. XIV.

Ignatius persecutionem patitur.

Nicet. pag. 1207.
Theogn. p. 1270.
Post Theoph. IV. n. 31.

Ut vero compelleret, eum in Constantini Copronymi sepulchro, quod in eadem Ecclesia Apostolorum erat, includi iussit, tradiditque tribus viris crudelibus, qui Patriarchæ vultum venerabilem verberare non veriti, omnibus vestimentis usque ad solam interulam tempestate perfrigida spoliarunt, pronum expansis in modum crucis brachiis in pavementum marmoreum prostraverunt, & duabus septimanis in carcere detentum

Sæculum IX.
A. C. 861.

tum diebus septem nullo cibo vel somno
refocillatum semper pedibus suis ere-
ctum perdurare coegerunt. Tandem
Sanctum virum in arcam marmoream
superius arctiorem, in qua Copronymi
corpus conditum erat, attollunt eique
equitantium more infidere compellunt,
ipsius pedibus graves lapides alligantes,
adjectis conviciis fannisque. Cum tota
nocte immanem cruciatum tolerasset, ri-
gentem deponunt & pavimento adeo
dure allidunt, ut ejus sanguine tingere-
tur. Cum vix spiritum traheret & præ-
terea profluvio affligeretur, Theodorus
ex illis tribus unus accepta ejus manu
& pagina crucem in illa formavit, quam
deinde ad Photium detulit. Is subscri-
psit: *Ego Ignatius indignus Patriarcha
Constantinopolitanus confiteor, me ingres-
sum sine Decreto Electionis, & his annis
tyrannice me gessisse.* Hac qualicunque
Subscriptione ad Imperatorem perlata,
Ignatius ex illo carcere dimissus ad pala-
tium Pofanum, domum nempe mater-
nam, se contulit, ubi aliquantisper re-
spirare licuit.

Ibi Ignatius Libellum ad Papam di-
rexisse creditur, quem Theognostus Mo-
nachus Archimandrita Romanus & Exar-
chus Constantinopolitanus nomen Igna-
tii, decem Metropolitanarum, quindecim
Episcoporum, plurimorum Presbytero-
rum

to. 8. Conc.
p. 1263.
ep. Stylic
p. 1402.
Nicet. pag.
1210.

Hist. Eccles. Tom. XII.

D

rum

Sæculum IX. rum & Monachorum conscripsit. In eo
 A. C. 861. Ignatius persecutionem, qua premeba-
 tur, refert, rogatque Pontificem, ut An-
 tecessorum suorum exemplo causam
 suam defenderet. Hunc Libellum ad
 Papam detulit ipse Theognostus, qui de-
 posita veste Monastica Sæcularem simu-
 lans occulto itinere Romam profectus
 Ignatius in fuga. Nicolaum Pontificem omnia, sicut acti-
 fuerant, edocuit. Interim vero Photius
 necdum quiescens Imperatori suggerit
 ut Ignatium ad Ecclesiam Apostolorum
 reduci juberet, ubi consecenso Ambrosio
 suæ Depositionis paginam recitare &
 ipsum anathematizare cogeretur; postea
 autem & oculi eruerentur & manus ab-
 scinderetur. Sanctum Pentecostes age-
 batur Festum, quod illo anno octingentesimo
 sexagesimo primo in diem viginti
 primam quintam Maji incidebat, cum ven-
 dit Ignatius, domum in qua versabatur
 armatorum manu derepente circumd-
 ri. Tunc vero unius ex mancipiis suis
 amictum indutus & duas sportas ex uno
 ligno pendentes suis humeris imponens
 egressus est noctis tenebris faventibus
 Ita custodes elusi. Pergebat igitur la-
 crymis madefactus solo Discipulo suo Cy-
 priano comitante; tumque omnibus
 ignotus cum naviculam conscendisset, ad
 Principis & Proconesi atque inde ad Pro-
 pontidis Insulas navigat, sæpe sedem mu-
 tant

tans, atque in solitudine montibus aut cavernis latitans, ubi maximas arumnas perferebat, & victitabat eleemosynis, quibus eum Fidelium Charitas sustentabat, ad mendicitatem redactum, Patriarcham, & Imperatoris filium. Photius autem spe frustratus omnia Monasteria & omnes civitates lustrari jubebat. Imo Oropham, Classiariis præfectum, cum sex lembis velocibus emisit, qui Ignatium in omnibus Insulis & omnibus oris quæreret, & inventum tanquam Reipublicæ hostem & ruinam interficeret. Aliquoties etiam exploratores sibi occurrentem Ignatium, cum habitu mancipium referret, Patriarcham non cognoverunt.

Mense circiter Augusto Civitas Constantinopolitana per dies quadraginta ingentibus terræ motibus concutiebat, toto populo clamante, Deum Vindicem ob injustam viri innocentis persecutionem pœnas reposcere. Ipse Imperator & Bardas perterriti publice juramento se obstrinxerunt, nihil mali se Ignatio, nec illis, qui ipsum occultassent, illaturos; itaque ei libere ad suum Monasterium reverti licere. His auditis Christi Athleta Ignatius, se ipsum Patricio Petronio manifestavit, qui cum Imperatoris Avunculus esset torquem ipsam Principis Patriarchæ attulit, obsidis instar. Hanc e collo suspendens Ignatius venit

Sæculum IX. ad Bardam, cui sibi dicenti: *Cur fugitis
A. C. 861.* *vo similis ad aliam ex alia regione percur-
rens peregrinavis?* respondit: *Jesus
Christus præcepit: si vos persecuti fue-
rint in hac civitate, fugite in aliam.* Il-
lum itaque Bardas ad suum Monasterium
illæsum dimisit, atque illico terræ motu
quievit.

§. XV.

Epistola Photii ad Papam.

Nic. p. 1214. *Nicol. ep. 10.* *p. 354.* Inter hæc Rodoaldus & Zacharias Le-
gati, a Photio muneribus cumulatim
Romam redeunt, nihil aliud nudis ver-
bis Pontifici renunciantes, nisi depositum
Ignatium, & Photium in Sede Constan-
tinopolitana firmatum. Post duos ver-
dies adest Leo Imperatori a secretis ejus
demque Romam Legatus, qui Papæ epi-
stolam Domini sui reddidit cum duobus
Voluminibus, quorum unum Depositi-
onis Ignatii gesta, alterum de Sanctis Ima-
ginibus acta continebat. (*) Michael
Imperator in ea epistola Papam permo-
vere nitebatur, ut Depositionem Ignatii
& Ordinationem Photii confirmaret.
Juncta erat epistola Photii, in quam, cau-
sam suam ipsemet dicens, omnem Elo-
quentiam

(*) Quorsum hæc omnia, nisi quod Constanti-
nopolitani crederent, consensum Romani Pontificis
esse necessarium?

quentiæ artem contulerat. Summa au- Sæculum IX.
tem hæc est. A. C. 861.

Charitate nihil pretiosius esse, omnes ap. Baro.
confitentur. Hæc enim filios parentibus, an. 861.

amicos amicis, & homines terrarum spa-
tio remotissimos reconciliat. Hæc ipsa
Charitas meæ mediocritati persuasit, non
graviter objurgationes ferre, quæ a tua ()*
Sanctitate jaculorum instar in me emissæ
sunt, & fecit, ut has non iracundiæ, sed
zelo tuo, quo ordinem Disciplinae Eccle-
siasticæ conservatum cupis, adscriberem.

Utor vero illa libertate, quæ non inter
fratres modo, sed etiam inter parentes &
filios locum habet, & scribo, non ut tecum
jurger, sed ut me defendam. Plane, non
increpare me debuisses, sed commiseratio-
ne tangi, cum invitus ad id, quod maxime
horrebam, compulsus fuerim. Deus quem
nihil rerum humanarum latet, scit, vim
extremam mihi fuisse illatam. car-
cerem missus sum tanquam magni crimi-
nis reus, appositi custodes, invitus electus
sum. Fleui, pectus percussi, dolui, quod
omnes sciunt. Num igitur non magis so-
latio quam exprobratione dignus fui?

Amisi pacem & vitæ dulcedinem, qua
sedens domi meæ in medio amicorum &
doctorum virorum fruebar. Studio sa-
pienciæ

D 3

pientiæ

(*) In versione apud Eminentissimum Baro-
nium addita est vox: *paterna.*

Sæculum IX. *Scientiarum delectabar, veritatem in suavi otio quærebam. Cum nomine in orbe terrarum mihi iurgia; imo amicorum meorum virorum eruditorum fama plures alios scientiæ laude florentes ad me invitabat. Sæpe Regiam adhibentibus amicis comitantibus, ibique manebam quamdiu lubebat, iisque semper longa mora videbatur. His bonis omnibus jam*

Photius ad Nicolaum Pontificem. *privor, quæ satis desistere nequeo. Non enim ignorabam, priusquam experiret Pontificem. quot curarum spinis Dignitatis Episcopalis fastigium, ad quod euectus sum, regat. Non ignorabam populi pervicaciam, ad seditiones proclivitatem, & erga sibi præpositos insolentiam. Si quæ petit plebs deneges, obstrepit, si concedas contemneris, quasi id non tuo beneficio, sed propria audacia obtinuerit. Episcopi nunquam licet talem coram hominibus videri, qualis est. Jam lætitiæ profiteri oportet, tristitiæ pectus rodente. Iræ debet simulare, etsi non sit commotus. Vultum sæpe ab animo alienum ostendere cogitur. At inter amicos candidam mentem verbis non fucatis aperire licet. Episcopi officium sæpe postulat, ut amicos reprehendat, consanguineos negligat, omnium Peccatorum iracundiam in se provocet unde & omnis conditionis hominum invidiam incurrat necesse est. Quam mihi patientia opus est adversus Simoniacos*

niacos, licentius in Ecclesia confabulantes, rebus vanis, omissa propriae salutis cura, inbiantes pugnanti? hæc omnia cum præviderem, Episcopatum fugiebam.

Sæculum IX.
A. C. 861.

Verum enimvero cur hæc scribo? nam si fides mihi adhibetur, injuriam accipio, quia nemo mihi condolet, si non adhibetur, rursus afficior injuria, quia veritatem scribenti non creditur. Non oportebat, inquiunt, tibi vim inferri, hoc dicite iis, qui vim intulerunt. At Canones violati sunt, prohibentes, ne quis e Laicorum ordine ad Pontificatus fastigium ascendat. Sed quis violavit? an is qui vim irrogavit, an qui per vim invitatus attractus est? sed resistere oportuit. Restiti vero, & plusquam oportuit. Quod si sic non prævidissem infestorum ventorum procellas sæviores fore, restitissem etiam usque ad ipsam mortem. Ceterum Canones hos, qui violati dicuntur, ad hanc usque diem Constantinopolitanorum Ecclesia non recepit. Hic Photio fermo est de Concilio Sardicensi, & de Decretalibus SS. Pontificum Cœlestini, Leonis & Gelasii, quas Nicolaus in prima sua epistola ad Photium allegaverat. ()*

D 4

Tum

(*) Oportebat Photium modestius loqui de Epistolis Decretalibus SS. Pontificum, quorum in tota Ecclesia Primatum, ipsemet, ut infra videbimus, agnoscit.

Sæculum IX.

A. C. 861.

Tum prosequitur: *Satis videri poterant, quæ dixi, nec enim ad hæc adductus sum, ut me iusta defensione commendarem. Sed quemadmodum ingressus sum invitus, sic invitus sedeo. Veruntamen defensionem Patrum nostrorum Nicephori & Tarasii, qui propter me vituperantur, mihi suscipienda est. Hi in ordinem Sacerdotum ex Laicis contra regulam & formam Ecclesiasticam adlecti dicuntur. At ignota ipsis erant hæc Regulæ; quas vero acceperant, fideliter custodierunt. Quilibet Regulis sibi traditis tenetur; permulti Canones a quibusdam recepti sunt, quos alii ne quidem de nomine noverunt. Si tonderi aliis patrium est, aliis prohibitum. Ita præter unum alia etiam Sabata observare apud nos reprehensione non caret, alii in pluribus jejunant. Legitimis nuptiis Presbyter Romæ uxori conjunctus non invenitur, nos vero edocti sumus, eos, qui uno conjugio contenti sunt, ad Presbyterii gradum evehere. Item si quis apud nos presbyterii consecrationem præteriens Episcopi honore Diaconum affecerit, condemnatur, quibusdam vero istud pari ducitur loco. (*) Nemo legem observare*

(*) Nullibi, quod sciam, exemplum satis clarum occurrit, Diaconos per saltum omisso Presbyteratus Ordine consecratos fuisse Episcopos: quod

observare quam non accepit tenetur, si modo nec Fides, nec Constitutiones universales violentur.

Sæculum IX.
A. C. 861.

Nullatenus vituperandi sunt, qui e statu Laicorum ad Episcopatum evehuntur, sed potius summis laudibus efferendi, quod ita vitam suam moderati sint, ut omnibus aliis, quibus jam ante Sacerdotium obtigerat, ad Pontificatum præferantur. Non vestis, non capillorum figura, non temporis prorogatio, sed mores virum Episcopatu dignum reddunt. Atque hæc dicimus non nos ipsos commendantes, æque enim nos a moribus atque ab habitu absumus, sed Tarasium Proavunculum nostrum, sed Nicephorum & Ambrosium defendimus, quem condemnare Latinos (sat scio) puderet, Latinitatis decus, qui que latino sermone multa eaque utilissima scripsit. Nec vero etiam Nectarius in eorum reprehensionem incidet, nisi simul Synodum Universalem, quæ ipsi Dignitatem Episcopi

Sup. lib.
XLIV. §.
24. & 25.
XLV. §. 33.
Sup. lib.
XVIII.
§. 5.

D 5

scopi

quod etiam aliquatenus est impossibile, nam non potest ordinari Episcopus nisi ei conferatur potestas in Corpus Christi verum, idque nihil aliud est, quam Presbyterum creare. Unde totum potius de continuatione Ordinationis & Cæremoniarum sine interstitio quam de omisso Presbyterii Ordine accipiendum videtur. Utrum exempla certa de Ordinatione per saltum afferri possint, legatur Nota infra Lib. LI. §. 6. occurrens.

Sæculum IX. *scopi confirmavit, in jus vocare velint.*
 A.C. 861. *Et quidem eorum uterque non solum Lai-*
cus erat, sed necdum baptizatus Pontifi-
catus gloriam meruit. Ut jam nihil di-
cam de Gregorio Patre Theologo, de Tha-
lassio Casariensi, aliisque Episcopis, qui
ita promoti omni vituperatione & calum-
nia caruerunt. ()*

Non hæc litigandi causa scribo, nam
 Can. 17. Sup. *assensus sum, ut Synodice promulgaretur,*
ne posthac ad Episcopatus sublimitatem
Laicus vel Monachus extollatur, nisi prius
per Sacros gradus procederet. Nam po-
ratus sum occasionem tollere offensionis &
scandali, quoties sine peccato possum. Ita
que regulam, quam vos observatis, ad præ-
terita extendere Patribus erat contume-
liam admetiri, in posterum vero id statue-
 re,

(*) Contra hostem non existentem hic pugnat Photius. Siquidem non ideo in totum rejiciebatur ejus Ordinatio, quod ex Laicis fuisset assumptus, sed ob aliam causam quam referent eminentissimus Cardinalis in hunc modum: *Hæc sua Apologia Photium omnes explese numeros Phariseorum, quos Dominus in Evangelio acriter increpat, quod mudent quæ foris sunt, & illa omittant quæ sunt gravissima crimina, cum totus sit in excusatione & commendatione sui, quod invitus sit coactus sedere ex Laico in Sede Episcopali, nullum prorsus verbum faciens, quod Sanctissimus Ignatius sit ejectus, & ipsi*

re, nemini nocet. *Atque utinam pridem* Sæculum IX.
A. C. 861.
Ecclesia Constantinopolitana regulam banc
servasset! sic enim influentium in me op-
primentiumque incommodorum turbam ef-
fugissem. Undique circumdor impiis; Epistola
Photii.
alii imaginem Christi conspuunt, alii Na-
turas in eo confundunt, aut negant, alii
novam Naturam inducunt, & quartam
Synodum innumerabilibus maledictis in-
cessunt. His bellum infero, & multos
obedientia Christi captivavit. Sed etiam Can. 13. 14.
15.
vulpes ex latibulis suis prodeunt, & sim-
plices per fraudem ut pullos devorant.
Schismaticas dico vulpes, quarum abscon-
dita est malitia, multo iis infestior, qui
aperte insidiantur. Hos omnes repressi-
mus Decreto edito Concilii, in quo nobis
per tuos Vicarios opitulatus es. Sed &
plura

per excommunicatos suffectus. Sed præterit
ista ipse, cum sit eloquens, quomodo excusaret,
non haberet.

Dixerat paulo ante Photius: *Nemo legem*
observare quam non accepit tenetur, si modo nec
Fides nec Constitutiones Universales violentur.
Nunc autem Constitutio Ecclesiastica universalis
certe erat, ne quis Episcopo vivo & legitime
non deposito in ejus Sedem intrudi se patiatur.
Itaque si se sincere purgare voluisset Photius,
demonstrandum erat, Ignatium legitime fuisse
depositum, priusquam ipse in Sedem Constanti-
opolitanam involasset.

Sæculum IX. *plura alia iisdem Vicariis consentientibus promulgavimus; nec ulla Regularum a beatissima in Deo Paternitate vestra definitarum prætermissa esset, nisi Imperator obstitisset. Idcirco unacum venerabilibus Vicariis arbitrati sumus, expedire aliquos potius Canones dissimulare, quam omnes perdere.*

Ep. 2. Sup. n. II. Photius deinde transit ad Ecclesias Illyrici aliasque, in quas restitui sibi jurisdictionem Papæ petebat, & dicit: *Reddidissemus, si res a nostro penderet arbitrio; cum vero de regionibus & finibus agatur, negotium ad administrationem Reipublicæ spectat. Ego vero non modo aliis reddere cuperem, quæ ipsorum sunt, sed etiam partem eorum, quæ antea huic Sedi dicata erant, petenti potius cederem quam ea retinerem. Qui jurisdictionis meæ partem in se transfert, gratiam a me inquit, levius enim mihi præfecturæ pondus facit. Tantum absit, ut sua petenti denegem, tibi præsertim tanto Patri, qui id per Vicarios tuos venerabiles & Deo amabiles viros postulas. Quippe hi vestræ paternæ Perfectionis Vicarii revera prudentia & virtute & multa rerum experientia fulgent, atque Jesu Christi Discipulis similes sua conversatione eum, a quo missi sunt, honorant. Iphis etiam complura eorum, quæ scribi debuerant, exposui, cum mihi persuasum sit,*

fit, & dicere eos posse, quæ vera sunt, Sæculum IX.
 & multo magis quam alios dignos esse, A. C. 861.
 quibus fides habeatur.

Unum porro me pæne effugit, quod
 dici oportet; nimirum, cum neminem
 magis quam te (*) Canones custodire de-
 ceat, ne eos, qui sine commendatitiis lite-
 ris ad Romanam Ecclesiam hinc proficis-
 cuntur, temere ac fortuito recipias.
 Nam ut quicumque voluerint Romam
 eant, & tuis fruantur † vestigiis, gau- † scilicet
 demus, sed ut fiat sine nostra scientia no- osculando.
 lumus. Complures enim peccatores sub
 pulchra peregrinationis specie pæniten-
 tiam, quam patris rapinis, adulteriis,
 cædibus merentur, effugere quærunt, quos
 spe sua frustraberis, si literis nostris
 destitutos huc remittas.

Hæc

(*) Ipsa verba in Card. Baron. sunt: *Canonum custodia a quovis bono debetur, magis vero ab iis qui divinæ Providentiæ dignatione alios regunt; omnium sane maxime, quibus in horum numero Primatus obtigit.*

Quamvis hic Photius numero plurali utatur, non tamen de Primatu cum Romano Pontifice contendere audet, sed etiam voce Paternitatis in hac Epistola eum sæpius honorat. Quomodo ergo Papa, qui prius ipso Photio fatente in universa Ecclesia Primatum tenuit, postquam Photio Sedem alienam invadenti adversatus est, eundem amisit?

Sæculum IX. Hæc est Photii Epistola, in cuius fi-
A. C. 861. ne astute cavet, ne Romæ reciperentur,
 qui ipsum pro Patriarcha habere & I-
 gnatium abjicere detrectantes Romam
 ad exposcendum Papæ præsidium profi-
 ciscebantur.

§. XVI.

*Papa Legatorum suorum facta
 damnat.*

*Nic. ep. 10.
 p. 354.*

EX Epistolis Michaelis Imperatoris &
 Photii, multoque magis ex Actis Con-
 cillii Constantinopolitani Nicolaus Papa
 facile perspexit, Legatos mandatis suis
 omnino contraria egisse. Epistolam suam
 ad Imperatorem in priore Concillii par-
 te, quæ ad Ignatii causam spectabat, non
 fuisse lectam, nec Legatos alterum ipsius
 Epistolæ exemplar, ut eis erat impera-
 tum, protulisse. In secunda Concillii
 parte, ubi de Imaginibus actum, ali-
 quam suæ Epistolæ partem fuisse lectam,
 sed ita mutatam, ut vix aliqua de Ignat-
 io mentio appareret. Inde Pontifici
 pronum fuit conjicere, quam mala fide
 Græci ante adventum Legatorum suo-
 rum egissent, cum ista ipsis præsentibus
 gesta essent. Itaque ob Legatorum suo-
 rum socordiam admodum commotus,
 congregata universa Ecclesia Romana,
 præsentem Leone Imperatoris Legato, de-
 clara-

claravit, nunquam se misisse Legatos, qui in Depositionem Ignatii, & Promotionem Photii consentirent, nec se ipsum unquam consensisse, nec in unum vel alterum consensurum.

Sæculum IX.
A. C. 861.

Ep. 13. p. 382

§. XVII.

*Joannes Archiepiscopus Ravennas ad
Officium compellitur.*

Eodem anno octingentesimo sexagesimo primo Nicolaus Papa Romæ Concilium celebravit, in causa Joannis Archiepiscopi Ravennatis, quem permulti ex illa civitate apud ipsum accusaverant. Is, sæpe per literas admonitus, pejor fiebat; nam Romam proficisci volentes avertibat, alios viros innocentes excommunicabat, privatorum Bona sine legali Judicio occupabat, Ecclesiæ Romanæ prædia auferebat, suppressis titulis, & suæ tribuebat, Legatos Pontificios spernebat, Presbyteros & Diaconos non solum ex suis Clericis, sed etiam Sacræ Sedi subjectos, & in Provincia Æmiliانا residentes, sine Judicio Canonico deponebat, quosdam carceri & antris terrimis mancipabat. Idem alios ad confitendum datis literis crimina, quæ non admiserant, adigebat, a Summo Pontifice vocatus negabat, teneri se ad Synodum Romam pergere, & tandem chartas,

*Anast. in Nic.
p. 255.*

Sæculum IX. A.C. 861. tas, quibus Antecessores ejus fidem & obedientiam S. Sedi promiserant, in Tabulario Ecclesiæ suæ servatas, corrumperat.

Cum eum Papa ter suis literis vocatum, & venire contemnentem excommunicasset, Ticinum ad Ludovicum Imperatorem se contulit, obtinuitque, ut sibi concederentur Delegati, quibuscum tanto præsidio tumidus Romam pervenit. Pontifex Legatos benigne redarguit, quod cum viro excommunicato communicassent; iisque dolorem profertentibus, Joanni Archiepiscopo præcipit, ut prima Novembris in illa Synodo, in qua excommunicatus fuerat, se sisteret, & factorum suorum rationem redderet. Ipse vero Roma excessit. Tunc vero Æmilienses & Senatores urbis Ravennæ innumero populo comitante, ad vestigia Summi Præfulis inter lacrymas proccidentibus rogant, ut ipse non dedignaretur Ravennam proficisci, causam perspiceret, & eos ab oppressione liberaret. Ivit Pontifex; cujus adventum sibi non expectandum ratus Joannes rursus Ticinum ad Imperatorem convolavit, & interim Papa edito Decreto civibus Ravennæ, Æmiliæ, & Pentapolis, Bona Joanne Archiepiscopo & Gregorio ipsius fratre usurpata restituit.

Ticin

Ticini vero cives & Episcopus Luit-
hardus a Papa olim consecratus, cum
scirent, Archiepiscopum Ravennatem
fuisse excommunicatum, in domos suas
eum recipere noluerunt, nec pati, ut
hominibus ipse aliquid venundaretur,
vel solum colloquerentur. Atque etiam,
si quos in plateis incedentes conspice-
rent, clamabant: *En, homines excommu-
nicati! non licet nobis iis conjugi.* In-
terim Imperator Archiepiscopo præsi-
dium suum imploranti renunciari jubet:
*Vadat, & fastu deposito Pontificis volun-
tati se submittat, cui & nos (*) cum to-
ta Ecclesia subijcitur. Secus, quæ cu-
pit; non consequetur.* Nihilominus Im-
perator secundo permisit, ut eum Lega-
ti comitarentur, quibus, cum Romam
pervenissent, dixit Papa: *Si Imperator
hujus Archiepiscopi mores bene cognosce-
ret, non solum nollet ejus patrocinium
suscipere, sed eum etiam invitum nobis
castigandum mitteret.* Tum Papa con-
vocatis complurium provinciarum Epis-
copis Archiepiscopum venire jubet. Ille
ter vocatus, cernens se ab omnibus de-
stitutum, ad preces & lamenta conver-
sus

(*) Vox Imperatore Christiano digna! e-
jusmodi testimoniis quod opponant, Protestan-
tes nihil habent.

Sæculum IX. *sus dicebat: Rogate summum Præsulem*
 A. C. 861. *ut mei misereatur. Faciam, quæcum-*
que jusserit. Ergo Papa eum recipere sta-
 tuit; Archiepiscopus vero libellum suum
 in quo fidem & obedientiam temporis
 Ordinationis suæ non satis sincere pro-
 miserat, renovavit, & eum publice sub
 per Crucem & Evangelia jurans confite-
 ratur.

His ita peractis, cum altera die Pon-
 tificem ad Ecclesiam Lateranensem cum o-
 mnibus Episcopis Clericisque processis-
 set, Joannes Archiepiscopus de Hæresi
 cujus accusatus fuerat, se purgavit, &
 Papa ad Communionem receptus, licen-
 tiam quoque Missam celebrandi impe-
 travit. Sequenti die indulget Pontifex
 ut in Concilio consideret. Ibi Episcopus
 Æmiliæ, quidam alii illius provinciæ in-
 colæ & cives Ravennates dato contra
 eum Libello de compluribus abusibus
 conquesti sunt, qui ut emendarentur, Pa-
 pa ex totius Concilii sententia manda-
 tum suo nomine ad Joannem Archiepis-
 copum directum conscribi jussit in hunc
 modum: *Præcipimus tibi, ut singulis an-*
nis Romam venias. Episcopos per Æ-
miliam () non consecres, nisi, post Ele-*
ctio-

(*) Æmilia, olim Regio Italiæ, partem Lon-
 gobardiæ cispadanæ, & Romandiolam comple-
 ctens

tionem Ducis, Cleri, & populi, per Sæculum IX.
Epistolam Apostolicæ Sedis Præsulis ac- A. C. 861.
ceperis eos consecrandi licentiam. Ipsos
autem Episcopos, quotiescunque ad Apo-
stolicam Sedem accedere voluerint, ne-
quaquam prohibeas. Sed & nihil quod
SS. Canones non permittunt, aut quod
eorum privilegia violat, exiges. Nullo-
rum prædiorum possessionem invades, nisi
ea tibi in Judicio Canonico Ravennæ præ-
sente Papa, aut ipsius Legato, tuoque, ad-
scripta fuerint.

§. XVIII.

Epistolæ Papæ ad Michaellem & ad Photium.

Cum Nicolaus Papa Leoni Oratori
 Constantinopolitano significasset, sibi
 nullatenus probari, quæ contra Igna-
 tium & pro Photio acta essent, dimisit
 eum, traditis duabus Epistolis, una ad
 Photium, altera ad Imperatorem Mi-
 chaelem datis. In Epistola ad Photium,
 illum virum admodum prudentem ap-
 pellat, ut indicet, quod ipsum pro viro
 Laico habeat. Ad exempla vero, quæ
 Photius pro sua Ordinatione in amplis-
 sima Epistola attulerat, respondet in hunc
 modum: *Nectarius urgente necessitate*
 E 2 *electus*

*Nic. ep. 9.
p. 335.*

Nic. ep. 6.

etens, ab Arimino Placentiam usque protensa.
 Geogr.

Sæculum IX. electus fuit, quia nullum inter Clericos
A. C. 862. Constantinopolitanos tunc invenire erat

Sup. Lib. quem Hæresis non inficeret. Ordinatio
XLIV. §. 25 nem Tarasii Hadrianus Papa primum de
mnavit, & nunquam consensisset, nisi ejus
zelum, quo restitutum Imaginum cultum cupiebat, cognovisset. S. Ambrosius
non sine prodigio electus est, & quod
potuit, fecit, ut lateret. Tibi vero, pro
sequitur Papa, & S. Ambrosio quid com
mune sit, non video; tibi, inquam, quod
non solum ex Laicis evocatus es, sed etiam
viri viventis Sedem ut Mæchus invadens
præsumsisti? Quod vero dicis, neque Sardi
dicense Concilium, neque Decretales San
ctorum Pontificum a vobis recipi, credere
non possumus. Maxime, cum Sardicense
Concilium, quod penes vos in vestris re
gionibus actum est, ab omni Ecclesia re
cipitur. Decretales autem Epistolæ
Sacra Sede emanarunt, cujus Auctori
tate omnia Concilia confirmantur.

Dicis: vi mibi illata ad Sacerdotia
lem Dignitatem promotus sum. Cur ergo
go in throno Patriarchali vix stabilitus
non te mitissimum patrem, sed immitem
& crudelem invasorem ostendisti, Archi
episcopos & Episcopos deposuisti, Igna
tium, virum innocentem deposuisti? At
quamdiu illius culpam non clarissime co
gnoverimus, nec eum pro deposito, nec te
pro Patriarcha habebimus. Quod spe
stat

Et ad varias Ecclesiarum consuetudines, Sæculum IX.
 quas nobis opponere videris, non eas da- A. C. 862.
 mnamus, si iis Canonica non obsistit Au-
 thoritas; cavere tamen volumus, ne hæc
 vestra consuetudo ex Laico subito ordi-
 nandi Episcopum vires accipiat. (*) Hæc
 Epistola decima octava Martii, Indictio-
 ne decima, id est anno octingentesimo se-
 xagesimo secundo data est.

In Epistola ad Imperatorem Papa ea-
 dem pro Ignatii causa & contra Pho-
 tium significat. In manibus nostris sunt,
 inquit, Epistola vestra, tam ad Leonem
 Antecessorem nostrum, quam ad nos ipsos
 data, in quibus Ignatii vitam laudatis,
 & Canonice ordinatum affirmatis. Nunc
 vero dicitis, eum multis accusationibus
 obnoxium fuisse expulsam, & Deposi-
 tionis causam affertis, quod opera po-
 testatis Sæcularis in Sedem se intruserit.
 Tandem dicitis, Concilio, in quo deposi-
 tus est Ignatius, tot Patres, quot aliquan-
 do Concilio Niceno, interfuisse. Nos
 vero in Conciliis non ad numerum Epis-
 coporum attendimus, sed Sententiæ pro-
 nunciatæ justitiam æstimamus.

Eodem tempore, sed verisimiliter alia Ep. 4.
 via, Papa tertiam Epistolam misit, ad o-

E 3

mnes

(*) Ex hac Epistola sinceritas, veritas,
 scientia Canonum, & summa Auctoritas elu-
 cet.

Sæculum IX. A. C. 862. omnes Orientis Fideles directam, in qua postquam summatim hanc causam & Legatorum suorum culpam exposuit, dicit: *Oportet vos certiores fieri, nos modo in Ordinationem Photii, aut depositionem Ignatii consensisse, & nullam in hoc negotio partem habuisse.* Tunc sermone ad tres Patriarchas Alexandrinum, Antiochenum & Hierosolymitanum, ad Metropolitans & Episcopos specialiter directo, vobis *Auctoritate Apostolica, inquit, precipimus, ut de Ignatio & Photii causa nobiscum eadem sentitis, atque has literas nostras in Diocesis vestris prædicari curetis, quo ad omnium notitiam perveniant.*

§. XIX.

Photii Astutia.

Nic. vit Ign. p. 1215. Photius non modo Epistolæ Pontificiæ nullam rationem habuit, sed etiam illam contraria omnia continentem in igni dolo commentus est. Fabulam vero adornavit in hunc modum; advenit aliquis, cui nomen Eustratius, veste monachum præferens, ceterum in illum usque diem Constantinopoli nunquam visus, Palatium Patriarchale ingressus, spectantibus omnibus, quotquot præsentibus erant, ait ad Photium, se Romanum missum fuisse ab Ignatio, cujus Epistolam (nempe confictam) ad Nicolaum Papam directam

directam simul Photio reddidit. In ea Sæculum IX.
 Ignatius persecutionem, quam passus e- A. C. 862.
 rat, vivis coloribus depingere videba-
 tur; *sed Papa*, addidit Eustratius, *ne qui-*
dem eam aspicere dignatus est. Quod
me coegit, ut eandem huc referrem. Mox
 alteram Photio tradit Epistolam nomi-
 ne Nicolai Papæ scriptam, in qua excu-
 sabat, quod inter ambos irrepsisset dis-
 cordia, se vero deinceps Communio-
 nem & amicitiam indissolubilem cum
 Photio exculturum. Illico Photius has
 Epistolas ad Imperatorem & Bardam Cæ-
 sarem defert, quo amborum animi in I-
 gnatium irritarentur, si crederent, Igna-
 tium eos apud homines externos calu-
 mniare voluisse. Tunc vero mittuntur
 iterum milites, qui Ignatium custodi-
 rent, & inquiri cœptum, an nulla fraus
 huic rei subesset. Quæstio de Eustratio
 habetur, jubetur edicere, quis ipsi Epi-
 stolam Ignatii ad Papam tradidisset. Di-
 cit, hanc se a Cypriano Ignatii Disci-
 pulo accepisse, cumque per spatium u-
 nius ferme mensis urgeretur quæstio, ut
 manifestaret, ubi iste Cyprianus esset,
 tandem patuit, tam Cyprianum quam ce-
 teros omnes Ignatii familiares huic ho-
 mini esse penitus ignotos. Ita fraude
 detecta Bardas Eustratium virgis acerri-
 me cædi jubet, Photio frustra efflictim
 rogante, ut parceret. Qui postea con-

Sæculum IX. solaturus afflictum, effecit, ut apparito-
A. C. 862. ribus præficeretur. Tempore non mul-
 to elapso satis exploratum, ipsum Pho-
 tium Epistolas fabricasse, & astutissimū
 sceleris auctorem extitisse.

¶. 1218.

Haud multo post tempore ad Pho-
 tium defertur, Ignatium Altare, a Russis
 in illa Insula, in qua ejus positum erat
 Monasterium, eversum reparasse. Ille
 apud Imperatorem conqueritur, crimen
 maximum esse admissum, nec enim lice-
 re viro deposito Sacras Episcopalis Offi-
 cii functiones peragere. Ergo in illum
 locum duo Metropolitæ mittuntur, qui
 Altare ipsis jubentibus e loco avulsam
 ad litus maris deportant, quadragesimæ
 lavant, & in pristinum locum repo-
 nunt.

Interim Photius dissimulabat impio-
 mos Imperatoris, qui divinam Religio-
 nem ludibrio habens inter Sycophan-
 tas suos propudiosæ licentiæ socios nul-
 la re magis delectabatur, quam cum Sa-
 cras Cæremonias scurrili mimo imitare-
 tur. (*) Cum in Festo Ascensionis Do-
 mini

Sup. Lib.
XLIX. §. 17

(*) Hic observet Lector studiosus Auctores
 Schismatis Græcorum, Photium, superbiæ man-
 cipium, & Michaelē impium Imperatorem,
 Photius nihilominus a Cave laudatissimus ho-
 mo est. Sed non invidemus hos Duces, qui-
 buscunque eos sequi lubet.

mini anno octingentesimo sexagesimo Sæculum IX.
 motus terræ totam civitatem Constan- A. C. 862.
 tinopolitanam perterruisset, Basilius Ar-
 chiepiscopus Theffalonicensis ausus est
 virili constantia Principem corripere, di-
 cens, eum factis impiis iram Dei in to-
 tam civitatem provocare. At Impera-
 tor more tyrannorum incensus Episco-
 pum colaphis tundi iussit tam crudelem
 in modum, ut dentes exciderent, mox-
 que dorsum ita flagris (*) dilaniari, ut
 etiam de vita periclitaretur. Photius e-
 contra ab Imperatoris latere non avelle-
 batur, & cum sacrilegis histrionibus
 mensæ ejusdem accumbebat. Unde ipse
 Imperator cavillans dicere solebat: *Ego*
Theophilum (erat is Ludionum suorum
 princeps) *habeo Patriarcham, Cæsar Pho-*
tium, & Christiani Ignatium.

p. 1214.

§. XX.

Concilium Pistense.

In Francia Rex Carolus Calvus eodem to. 8. Conc.
 anno octingentesimo sexagesimo se- p. 755. 776.
 E 5 cun. Ann. Bert.
 862.

(*) Id quoque Græcorum mores non pa-
 rum dehonestabat, quod sæpissime non plebe-
 jorum modo, sed etiam virorum Magistratu spe-
 ctabilium, Consularium, Presbyterorum, Archi-
 episcoporum, Patriarcharum, & Imperatorum de-
 positorum etiam, humeros virgis cædere non
 puderet.

Sæculum IX. cundo, Indictione decima, cum annum
 A. C. 862.

Regni sui vigesimum tertium auspicaretur, Concilium celebravit. Jussit in
 quemdam vicum, vulgo *Pistres* ad Sequaniam, ubi in eam Andela undas de
 volvit, ad repellendos hostes parari, quippe Normanni ibi castra munita aliquam
 quamdiu tenuerant. Apud illum igitur locum ad promovendum opus commo-
 rans Comitibus convocavit, Conciliis deinde adnumerata, quo Episcopi ex quatuor
 provinciis convenerunt. In iis Capitulum, quatuor amplos articulos comple-
 ctens, ad reprimenda latrocinia promulgatum. Primo Rex ceterique in hoc

c. 1.

Conventu præsentibus profiterentur, illius temporis calamitates præsertim Normannorum latrocinia pœnas esse, a justo Cœlo ad castiganda peccata ipsorum immisas. Deinde statuitur, ut cuilibet Episcopo in sua Diœcesi, Regibus præfectis in suo territorio, & Comitibus in suo Comitatu, curæ sit, raptores ad satisfaciendum legibus compellere. Episcopi autem secundum Canones pœnitentiam hujusmodi criminis convictis injungant.

c. 2.

c. 3.

His, qui ejusmodi flagitia publice perpetrarunt, tempus usque ad Festum S. Remigii prima die Octobris celebrandum præstituitur, intra quod Deo & parti læ satisfaciant. Si non obediant, omnia eorum

eorum Bona Fisco addicantur, & ipsi excommunicentur. Pœnæ in præcedentibus Capitularibus statutæ renovantur. Optimates rapinarum a suis Vasallis & familiaribus commissarum rationem reddere teneantur. Eos Episcopi excommunicent, donec damna illa refarciant, & subditos ad peragendam pœnitentiam compellant. Episcopus qui suo officio, cum castigandi Optimates aliive tenuioris conditionis homines essent, defuerit, a Communione Confratrum suorum excludatur. Sed tam exigua erat istarum legum reverentia, ut malis non tam mederentur, quam proderent, esse illa remediis longe majora.

§. XXI.

Rotadi Sueffionensis causa.

Rotadus Episcopus Sueffionensis querelam contra sententiam, in se anno superiore ab Hincmaro Metropolita suo latam, ad Concilium Pistense detulit. Is jam ultra annos triginta Sedem Episcopalem Sueffionensem tenens, cum alteri Rotado anno octingentesimo trigesimo primo successisset, circa annum octingentesimum quinquagesimum octavum quemdam suæ Diœcesis parochum, cum muliere in flagrante scelere deprehensum, & pudendum in modum mutilatum, in Concilio triginta trium Episcoporum

Sæculum IX.
A. C. 862.

An. Bert.
862. Coint.
an. 831. n. 29.
Lib. Rot. to.
8. Conc.
p. 787.

Sæculum IX. porum ad iudicium vocavit, depofuit, &
 A.C. 862. alium in ejus locum fuffecit. At Hinc-

marus pridem Rotado infensus post lap-
 sum trium annorum hunc Presbyterum
 restituere molitus est. Quippe illius
 Presbyteri Successorem in Ecclesia, die
 Dominica, Missam pro populo celebrare
 parantem apprehendi, & ad se addu-
 ci jussit, excommunicavit & in carcerem
 compegit. Priorem vero Parochum
 restituit, tanquam injuste a Rotado
 depositum. Rotadum deinde que-
 relas moventem Hincmarus in Concilio
 Provinciali ad S. Crispinum Sueffione an-
 no octingentesimo sexagesimo primo tan-
 quam contumacem Communione Episcopali,
 usque dum pareret, privavit.

An. Bert.
 861. to. 8.
 Conc. p. 736.

Lib. Rot. to.
 8. Conc. p.
 785.

Contra hanc igitur Sententiam Ro-
 tatus in Concilio Pistensi actionem mo-
 vit, & Hincmaro econtra postulante, ut
 sua sententia confirmaretur, ad Sacram
 Sedem appellavit. Totum acquievit
 Concilium, & Hincmarus, cum repugna-
 re non posset, Rotado diem præstitui vo-
 luit, qua iter Romam ingrederetur. Ro-
 tatus sine mora Sueffionem rediit, &
 omnibus ad profectionem Romanam
 præparatis, ad Regem Carolum, Domi-
 num suum, & ad Hincmarum Metropo-
 litam dedit Epistolas, quibus Ecclesiam
 suam se absente commendabat. Presby-
 terum quoque, cujus Depositio hujus li-
 tis

tis causa erat, data Epistola iussit Ro-
mam proficisci, ubi una secum iudicium
subiret. Per eundem Tabellarium cui-
dam Episcopo amico suo misit commen-
tarium, in quo ea conscripserat, quæ E-
piscopis, in suam condemnationem non
consentientibus, essent suggerenda, ut ad
eum defendendum instruerentur.

Episcopus ille Rotadi amicus apud
Regem tunc non erat; sed Hincmaro
præsenti nescio quis indicavit, Presby-
terum Epistolarum latorem habere com-
mentarium ad Episcopos directum. Ille
protinus permovit Regem, ut Episcopos,
quotquot adhucdum aderant, convoca-
ret, quibus præsentibus Presbyterum jus-
sit reddere Epistolas, quas haberet ad
Concilium datas. Ille vehementer re-
pugnare & dicere, neutiquam se ad Con-
cilium missum esse; sed frustra, quippe
Rege imperante commentarium exhibe-
re coactus est. Hincmarus vero dice-
re, quod hoc facto Rotadus appellandi
ad Papam animum abjecisset, seque rur-
sus Episcoporum Iudicio submisisset. Er-
go ipso auctore Rex Trasulfum Abbatem
Corbejensem Sueffionem mittit, qui ma-
xima celeritate illo contendens prius
advenit, quam Rotadus discessisset. Tum
Ecclesiæ vestibulum ingressus publice
Regis & Archiepiscopi nomine vetuit,
ne quis Rotadum in hoc itinere comita-
retur.

Sæculum IX.
A. C. 862.

Rotadus
Sueffionen-
sis.

Sæculum IX. retur. Rotadus, ignorans novi manda-
A. C. 862. ti causam, profitebatur velle se Romam
 ire, & appellationis suæ causæ vacare.
 Sed non auditur & custodiæ traditur.
 Tum Synodo in Ecclesia S. Medardi
 Sueffione convocata Rex ipse adest.
 Hincmarus tres ad Rotadum mittit E-
 piscopos cum mandato; Rotadus ad
 Concilium veniret. Ille respondet, non
 audere se ire contempta S. Sedis aucto-
 ritate ad quam appellasset, & jam secun-
 do appellaret. Episcopi ejus responsi-
 ad Synodum relato, statim secundo &
 tertio mittuntur, ut eum ad Concilium
 vocarent, & constanter renuentem in-
 vitant, ut saltem veniret in locum Con-
 cilio proximum ad colloquendum Regi
 data fide, incolumem fore. Clericis Ec-
 clesiæ Sueffionensis, qui cum ipso erant
 suadentibus, ut ad Regem iret, consen-
 sit, & ad illum locum deduci se passus
 est vestibus indutus Sacerdotalibus in pe-
 ctore Evangelium & Crucis lignum ge-
 rens; quod forte faciebat magis ob re-
 verentiam Regis, quam ut timori sui
 consulere.

Solus in conclave prope fores Con-
 cilio deductus misso ad Regem Diacono
 cui nomen Luido, rogat, ut sibi licere
 Regi loqui. Venit Rex, & Rotado eum
 obtestante, ut sibi libertatem jam prius
 concessam Romam eundi non adimeret.

*hæc licentia, inquit, potius a Concilio & Sæculum IX.
Metropolita tuo petenda est; ego enim, A. C. 862.
quidquid Episcopi decreverint, exequor.*

His ad Concilium regreditur. Iterum mittuntur ter Episcopi, qui Rotado jam precibus, jam minis vehementer instant, ut in Concilium ingrederetur. Ipse in proposito immotus, in ipso conclavi arcte custoditur, dum Synodus, cui Hincmarus præerat, in eum sententiam pronunciat & ab Episcopatu deponit. Mittuntur tres Episcopi, qui cadentibus lacrymis sententiam denunciant. Ipse in terram se demittens per Deum obtestabatur, ne hujus causæ judicium sibi arrogarent, sed libertatem eundi Romam relinquerent. Mox comprehensus in quodam Monasterio carceri includitur. Alius postea Episcopus in Ecclesia Sueffionensi electus. (*).

§. XXII.

Hincmari Tractatus de Lotharii Divortio.

Sub idem ferme tempus redditur Hincmaro Libellus continens quæstiones *De Div. Loth. & Th. to. I. p. 557.* viginti tres de divortio Regis Lotharii & Theutberga, quem miserant complures viri spectati tum Ecclesiastici tum Laici, roga-

(*) Hincmarus in hac causa nec Canonice, nec bona fide egisse videtur,

Sæculum IX. rogabantque, ut sibi quid sentiret, sup
A.C. 862. pressis eorum nominibus, rescriberet

Hinc Tractatum composuit ad Reges
 Episcopos, omnesque Fideles, utpot
 quorum omnium interesset. Primo qua
 rebatur, an ratio habenda esset Confes
 sionis secretæ a Theutberga in duobus
 Conciliis Aquisgranensibus anno octin
Sup. 5.6. gentesimo sexagesimo editæ. Hincma
 rus respondet; oportuisse, ut de Confes
 sione Reginae Marito in pagina data La
 ei secundum leges, non vero Episcopi se
 cundum Canones judicarent. Proinde
 non debuisse Episcopos facta hac confes
 sione matrimonium solvere, nec uxori
 pœnitentiam publicam injungere; qui
 tunc rei condemnandi sunt, cum clara
 argumentis convincuntur, vel delictum
 ore proprio coram Judicibus confitentur

Interr. II. Captata transiione Hincmarus quærit
Interr. I. quare Episcopi hortati fuerint Reginam
 ne crimen, cujus conscientia sibi non esse
 set, fateretur, nisi id saltem sciverint
 quod confessura esset? item an fidem me
 reantur Regis Lotharii verba, cum dix
 xit, tantum abesse, ut Theutbergam ad
 crimen confitendum vellet compellere
 ut potius ejus lapsum maxime doleret
 ille ipse qui publice declaraverat, quod
 post probationem per aquam calidam acquie
 visset, etiamsi falsum esse judicium
 sciret.

Quære

Quærebant etiam in genere; quibus **Sæculum IX.**
 ex causis conjuges possint separari, & an **A. C. 862.**
 separatis ad alias nuptias transire liceret.

Hincmarus respondet: *Secundum Evan-* **Matth. 19. 9.**
gelium ob solum adulterium uxor dimitti
potest, & præterea mandatum Episcopi ac-

cedat. Separatis vero ad alias nuptias
transire non licet. Re ipsa nullum ar-
 gumentum nisi sola suspicio contra
 Theutbergam pugnabat, & priusquam
 pro rea haberetur, a principibus Laicis
 condemnanda fuisset. Item, cum Theut-
 berga per probationem aquæ ferventis
 fuisset absoluta, quærebant, quid de ejus-
 modi judiciis esset sentiendum. Illa
 Hincmarus defendere nititur, non solum
 illius ætatis consuetudine, sed etiam Au-
 thoritate Scripturæ, quam pro suo expli-
 cat arbitrio. Objicit sibi ipsi Capitula-
 ria & Canones, quibus nihil solidum sa-
 tis respondet. In omnibus forte Hinc-
 mari Scriptis nihil debile magis repere-
 ris. Afferit deinde, Theutbergam pro-
 batione aquæ ferventis purgatam, atque
 auctoritate Procerum & Episcoporum
 Benedictione marito suo reconciliatam,
 eodem crimine iterum accusari non pos-
 se.

Attamen, dicebant, homo Theutber- **Interrog. 7.**
gæ illæsus evasit, quia illa crimen ingenue **Interrog. 8.**
confitebatur, aut, quod alii putant, quia,
cum factum negaret, in mente verba diri-
gebat ad alium fratrem ejusdem nominis,

Hist. Eccles. Tom. XII.

F

quo-

Sæculum IX. quocum nunquam rem turpem admisisset
 A. C. 862. Hincmarus jure merito inconditas arguitur

Interr. 9.

tias ridet, unde sequeretur, vel a D^{omi}no
 falli homines, dum personam ream t^{ame}n
 quam innoxiam exhiberet, vel Divina p^{ro}bat^{io}
 mentem falli. Si vero in illa probat^{io}
 ne fraus intervenisset, non negat Hin
 marus, rem denuo ad examen voc^{ari}
 posse.

Præterea quærebant: *Estne credi
 le, dari mulieres, quæ maleficio odium
 placabile inter maritum & uxorem, & su
 susque amorem ferventissimum ponere, ali*

Interr. 15. *omnino complexum conjugalem impedi
 possunt?* Hincmarus id fieri posse

An dentur debat, (*) & Deum non nunquam in
 sagæ & ve- nam peccatorum permittere Dæmoni
 neficiæ. bus, ut multis ærumnis opera magor^{um}

homines afficerent. Dicebat hanc
 maxime Episcopis curæ esse debere, ip
 que e Cathedra contra maleficos ve
 menter declamandum. *Si nihilomi*

Interr. 17. *non emendantur, subjungit Hincmar
 custodia tradantur, & si Servi sint,*

p. 664. *ex eos corrigendos flagra & tormenta
 Greg. l. 7. beantur, si Liberi, ad peragendam pe
 ind. 2. ep. tentiam includantur. Si his pœnis
 66. clericasticis nihil efficiatur, Rex impios
 vere non sinat.*

(*) Fleurius autem non credere videretur

Rursus, si novum instituat^{Sæculum IX.}ur Judicium, in quo Theutberga probetur nocens, A. C. 862.
 an tunc Lothario alteram ducere licebit? Interr. 19.
 Hincmarus respondet: Si matrimonium primum ex Legibus Ecclesiasticis & Civilibus declaratum fuerit nullum, Lotharius alteri mulieri jungi potest; stante autem priore matrimonio, quæcunque separationis causa subsit, neutri parti licet ad alias nuptias transire. Item, si Rex crimina admisit, quæ pœnitentia publica delenda sunt, an alteram uxorem ducere potest, si aliunde liber sit? Responsum: Possunt ipsi concedi secundæ nuptiæ, in remedium incontinentiæ. Si conceditur aliam accipere, an ei licebit illi mulieri conjugio legitimo jungi, cui, stante priore matrimonio, adulterio junctus fuit? Responsum: Licebit, si pœnitentiam subierit, & aliunde sua libertate gaudeat. Item, an sit constans doctrina Ecclesiæ, Confessariis defensionem pœnitentium, qui ipsis peccata sua confessi fuerint, in se suscipiendam esse, & obstandum, ne ob illa ipsa crimina, aliunde vulgata, in judicio sæculari puniantur? Absurdum est hoc affirmare; sed præsidium, quod Episcopi peccatoribus concedunt, nunquam Justitiæ vindicativæ potestati resistat. Interr. 20.
Interr. 21.
Interr. 22.

Qui has Quæstiones Hincmaro proposuerant, interjectis sex mensibus alias septem quasi disputandi causa ad eundem

Sæculum IX, miserunt; videlicet, cum in Regno cili
 A. C. 862. *tharii Episcopi ipsius Proceresque sem* &
 p. 683. *tiam in causa inter ipsum & uxorem p* pro
 q. 1. *nunciaverint, hæc res ad cognition* mi
 Hincmarus *Episcoporum alterius Regni deferri* ber
 de divortio. *debet. Non expedit causam ab Episco*
semel judicatam iterum moveri; qui
sic eorum auctoritas destruitur. Alior
 q. 3. *Archiepiscoporum, excepto Papa, non*
major auctoritas, quam illorum, qui
hæc causa Judices fuere, & si eor
damnatur judicium, deponendi sunt,
cunque in ferenda iniqua sententia
peccati participes extiterunt. Ad
tria sibi objecta Hincmarus respon
esse propositiones schismaticas; qui
unam esse omnium Regnorum Eco
siam, () atque per Canones licere a C*

(*) Optimam Doctrinam hic tradit Hincmarus. Una est in universo orbe Jesu Christi ecclesia; atque unitas hæc soli Ecclesie Romane Catholice convenit. Hodie in paginis Histories Ratisbonensibus lego, Delegatos Provinciarum quæ speciatim Hollandia dicitur, tandem in nomine Principis Nassovio-Weilburgensis cum Principe Carolina Arausica, Wilhelmi junioris, Administratoris septem Provinciarum unitarum Sorore, consensisse, addita sequente cautione: *Dasß sie den Fortgang und die Vollziehung gedachten Vermählung geschehen lassen werden ohne sich dagegen zu setzen, jedoch mit dem*

cilio particulari ad Concilium majus,
 & tandem ad Papam appellare. Item
 pro Lothario afferebatur: *Si ei non per-*
mittitur aliam uxorem accipere, Theut-
bergam, nolit velit, revocare compelletur,

F 3

12012

Sæculum IX.
 A. C. 862.

p. 686.

q. 4.

behalt, daß man auf keine Weise dafür halte, daß
 dieses Nachgeben der Entschliessung vom 16. Nov.
 1747. Eintrag thuend oder zuwiderlaufend ange-
 hen werde. Als welche Ihre Edlen und Großmü-
 genden vollkommen wie ein unveränderliches Gesetz
 des Staats bey ihrer Kraft zu erhalten willens
 sind. Declaratione vero anni 1747. cavetur, ut
 Administrator Reipublicæ nunquam aliam Reli-
 gionem profiteatur, quam, ut in Hollandia vo-
 cant, veram Reformatam, qualis in Ecclesiis Pro-
 vinciarum unitarum viget. Nunc autem, cum
 Princeps Carolus Nassovio-Weilburgensis Princi-
 pis Carolinæ Sponsus Confessioni Augustanæ ad-
 dictus sit, timent Hollandi, ne jus in Admini-
 stratoris munere succedendi aliquando ad Prin-
 cipes illi Confessioni addictos devolvatur. Sed
 cur, quæso! id timeant, cum Princeps Weilbur-
 gensis membrum sit illius Ecclesiæ, quam ut Deus
 conservet, & contra Adversariorum (nempe Ca-
 tholicorum) insidias tueatur, singulis annis &
 speciatim anno 1759. indicis in tota Republi-
 cam jejunii, orationis & pœnitentiæ diebus iidem
 Domini Hollandi precantur? nam id vel maxi-
 me Communionis Ecclesiasticæ, aliquod fal-
 tem, indicium est. Vel enim reformati Hollan-
 di Confessionistarum Ecclesiam credunt esse ve-

ram

Seculum IX. *non sine periculo, ne quacunq̄ demer*

A. C. 862. *via ab invisæ mulieris consortio se lib*

q. 6. *ret. Rex est, solius Dei iudicio sub*

q. 7. *ctus, qui nec ab Episcopis Regni sui*

ab aliis excommunicari potest. Tandem

quærebatur, an non liceret cum Loth

ario communicare. Hinemarus respo

det; Episcopos Lotharium non esse con

pulsuros ad revocandam Theutbergam

quod reconciliationem inter conjuges

berrimam esse oporteret; ipsam vero

Lotharium non redituram, nisi pactis

conditionibus, quibus salutis suæ sa

consultum crederet. Lotharium qu

dem esse Regem, sed ideo neutiquam

Legibus Ecclesiasticis exemptum; pe

cata vero Regum eo esse graviora, qu

q. 695. *nunquam abesset scandalum. Imo aff*

mare videtur Hinemarus, Regem n

esse, qui Regis officium non imple

ram Jesu Christi Sponsam, vel adulteram?

credunt esse veram, cur Communionem n

solum in Spiritualibus, sed etiam in Tempore

bus cum Administratore Confessionistarum Ecc

siæ adscripto respiciunt? si falsam, cur eandem

Ecclesiam singulis annis cum omnibus aliis

toto terrarum orbe diffusis Protestantium Ecc

siis a Deo conservari & defendi orant? Nempe

omnes Protestantes, præsertim in Articulo: qu

si sit Ecclesia, destruunt, ædificant, & quid aff

mandum negandumve sit, nesciunt.

& Principibus impiis neminem teneri obedientiam præstare. Sæculum IX.
A. C. 862.

Erant, qui Hincmaro objicerent, quod in Episcoporum Sententiam Regi Lothario faventem consensisset. Ipse fatetur, se ad Synodum in Regno illius Principis celebratam fuisse invitatum, sed probat, rogasse se, ut excusatus haberetur, tum morbi causa, tum quod tempus sibi non fuerit, quo Episcoporum Provinciæ suæ mentem & vota exquireret, sine quibus quidquam extra suam Diœcesim agere secundum Canones sibi non liceret. Interrog. 3.
p. 583.

§. XXIII.

Lotharius Waldradam ducit.

Inter hæc Lotharius Concilium vigesima octava Aprilis anno octingentesimo sexagesimo secundo, Indictione decima convocavit. Aduere Episcopi octo, videlicet Guntharius Coloniensis, Archicapellanus, quem Rex dulci spe lactabat, ipsius neptem ad regias nuptias perventuram, Theutgaudus Trevirensis, Adventius Metensis, Hatto Virdunensis, Arnoldus Tullensis, Franco Tungrensis, Hungarius Ultrajectensis & Ratoldus Argentoratensis. Prætextus conveniendi fuit, quod id necessitas Ecclesiarum exigeret, revera autem aderant, ut de novis Regis nuptiis agerent. Is Episcopis Libellum to. 8. p. 736.
p. 741.

Sæculum IX. lum obtulit, in quo postquam eos Media-
A. C. 862. tores inter Deum & hominem appellaf-
 set, & confessus esset, Dignitatem Epi-
 scopalem Regali esse majorem, dicit, se
 eorum secutum consilia Theutbergam
 dimisisse, atque paratum esse, peccata,
 quæ ex illo tempore carnis fragilitate
 lapsus admisisset, pœnitentia ab Episco-
 pis sibi injungenda delere. Tum sub-
 dit: *Mementote me esse juvenem, &, quid
 consilii capiendum mihi, edicite. Cete-
 rum fateor, quod a commercio cum femi-
 na continere me non valeam, & tamen
 peccatum devitare cupiam. Hinc, obse-
 cro! periclitanti opem ferte.*

Cap. 4. Sc. Cum Theutgaudus Archiepiscopus
p. 743. coram Concilio fuisset testatus, Regem
 Lotharium tota Quadragesima jejunando,
 elemosynas largiendo, aliaque bona
 opera perficiendo, etiam nudis pedi-
 bus incedendo pœnitentiam, qua stupri
 cum pellice admissi consuetudinem ex-
 piaret, subiisse, Concilium duobus dele-
 ctis Episcopis quæstionem examinandam
 tradidit; qui cum nocturnis horis labo-
 rassent, mane Libellum attulerunt, in
 quo suam sententiam exponebant, eam-
p. 745. que ex Scriptura, Conciliis & Patribus
 probabant. *Quæstio in eo vertitur, in-
 quiunt, an homo, relicta uxore sua, ipso
 luce fruente, aliam ducere possit. Secun-
 dum Evangelium non potest dimitti uxor
 nisi*

Matth. 5, 32.

19, 9.

Marc. 10, 11.

nisi ob adulterium, & quicumque dimissa uxore sua aliam accipit mæchatur. In hoc facto non invenimus causam divortii; nam scelus, quod Theutbergæ objicitur, ante conjugium commissum dicunt; unde adultera non est. Et si noxæ ante matrimonium admittæ in memoriam revocare liceret, maritis & multo magis uxoribus ansa præberetur matrimonia sæpissime dissolvendi. Sed matrimonium, de quo movetur quæstio, neque ob incestum solvi potest, cum Lotharius & Theutbergæ nullo propinquitatis gradu conjuncti sint, & incestus, crimen quo se cum tertio antea polluisset, a marito objici non possit. Quam ob rem Lotharius Theutbergam licite retinere & potest, & debet. Nihilominus, hac sententia sapientissimorum virorum rejecta, definivit Concilium, Lothario in eo conjugio permanere non licere, in nixum Canonis Concilii Ilerdensis, in quo dicitur, incestum committentes tamdiu esse excommunicatos, quamdiu ab illicito commercio non abstinent. At, constabat utique, Theutbergam fratri suo nunquam nupsisse. Itaque hujus Concilii Episcopi præsumentes, satis se ostendisse, Matrimonium non esse validum, Lothario licentiam dant, aliud legitime ineundi, adducentes pro sua sententia Commentarium in S. Paulum, qui S. Am- brosius tribuitur, ubi legitur; legem con-

Sæculum IX.
 A. C. 862.

Luc. 16, 18.
 Theutbergæ
 defenditur.

Conc. c. 7.
 Sup. lib.
 XXXII
 §. 2.

in I. Cor.
 11.

F 9

tinen-

Sæculum IX. A. C. 862. tinentiæ post separationem conjugum ob
causam fornicationis non æque ambas
partes obstringere, & solam uxorem non
vero maritum ligare. Omnes in eo con-
sentiunt, hunc Commentarium S. Am-
brofium auctorem non habere, & non
nulli credunt, verba, de quibus hic agi-
tur, a quoquam per fraudem fuisse adje-
cta. Ut ut autem hoc se habeat, con-
stanter ab omnibus in Ecclesia Latina
contrarium docetur.

*v. not. ed. Be-
ned. & 4.
sent. dist. 35.
Conc. Trid.
Sess. 14. c. 7.*

Hac sententia pronunciata, cum Rex
Ann. Met. liberum se putaret, ad Regiam vocatur
neptis Guntharii Archiepiscopi; quæ ve-
ro probrose iterum ejicitur, postquam
puellæ Rex una nocte, ut ferebatur, illu-
fisset. Mox Waldrada publice prodire
Annal. Bert. visa est, quam Lotharius jam diu alebat,
Theutbergæ æmulam, unicam divortii
causam. Hanc igitur inter solemnes ri-
tus publice ducit, & Reginam coronari
præcipit, amicorum præcipuis vehemen-
ter dolentibus. Ceterum ajebant per-
multi, Regem juvenem a Waldrada
fascino captum teneri.

§. XXIV.

Conventus Sabulariensis.

His nuptiis Carolus Lotharii patruus
non parum offensus. Is asylum
Theutbergæ in Regno suo concesserat,
ejusque causam aperte tuebatur, & eo-
dem

dem anno octingentesimo sexagesimo secundo Abbatiam S. Martini Turonensis Huberto Theutbergæ fratri contulerat. Sed plura erant, de quibus Carolus adversus Lotharium querebatur; nempe quod Ingeltrudi Bosonis uxori, quæ jam ab annis quinque maritum fugerat, suo præsidio foveret, & quo Carolus acerbissime lædebatur, quod in regno suo retineret Juditham ipsius filiam a Comite Balduino raptam. Nam Juditha, Edilulfi Regis Anglorum vidua, in Franciam reversa, cum Balduino ejus nuptias ambienti faciles aures inscio Carolo patre dedisset, sub aliena veste procum secuta in Regnum Lotharii se receperat; iratus vero Carolus fugitivos præcepit damnari a regni proceribus Episcopisque, qui præterea ambos excommunicarunt. Hic est Balduinus, a quo veteres Flandriæ Comites genus ducebant. Igitur Carolus Calvus Lotharii nepotis sui aspectum fugiebat, & pro excommunicato habebat.

At Ludovicus Rex Germaniæ Caroli frater missis ad eum Legatis irritatum mitigavit, permovitque, ut secum Sabulariam prope Tullum se conferret, quo etiam Lotharius venturus erat. Priusquam tamen Carolus Lothario colloqui vellet, Ludovico tradidit paginam, in qua injurias ab ipso acceptas referebat, dice-

Sæculum IX.
A.C. 862.

Sup. §. 10.

Ann. Bert.
862.

ibid.

Capit. tit. 35,
to. 1. p. 163.

Sæculum IX.
A. C. 862.
dicebatque, adduci se non posse, ut cum eo communicaret, nisi iudicio Papæ & Episcoporum se submissurum promitteret. Cum itaque Carolus hanc paginam ab ipso Ludovico & quatuor Episcopis, Alfrido Hildesheimensi, Salomone Constantiensi, Adventio Metensi, & Hattone Viridunensi ad Lotharium deferri petiisset, peracta legatione retulerunt, Lotharium, omnia se facturum, quæ Carolo viderentur, pollicitari. Tunc demum Carolus præsentibus etiam quatuor Episcopis Hincmaro Remensi, Hincmaro Laudunensi, Odone Bellovacensi, & Christiano Antiffiodorensi, venientem ad se Lotharium amplexus est. Hic Conventus Sabulariensis tertia Novembris anno 862. solutus est.

§. XXV.

Pontifex Legatos in Franciam mittit.

Nic. ep. 17.
ep. 50.
p. 448.
Ceterum tam Lotharius quam Theutberga ad Nicolaum Papam Oratores suos miserant. Lotharius ad hanc Legationem obeundam duos Comites delegerat, dederatque Epistolas Pontifici reddendas, in quibus dicebat; Regni sui Episcopos & quosdam alios suam sententiam aperuisse, quod repudiata Theutberga Waldradam ducere sibi liceret. Se vero, ne leges Ecclesiasticas spernere vide-

videretur, ad ipsius Papæ auctoritatem recurrere, ejusque consilium expectare. Sæculum IX.
A.C. 862.

Petere itaque, ut Legati mitterentur, in Regno suo Concilium celebraturi. Rescripsit Papa; Legatos se certissime missurum, aliquam tamen morulam esse necessario interjiciendam, & nolle se, ut interim de hac causa deliberaretur. Cum igitur ignoraret, quid interim Lotharius, contemptis suis mandatis, molitus fuisset, sub finem ejusdem anni octingentesimi sexagesimi secundi Rodoaldum Episcopum Portuensem, eundem qui Constantinopoli fuerat, (*) & Joannem Episcopum Ficoclæ, hodie Cerviæ, in Romandiola, ad eum misit. Regem quoque Germaniæ Ludovicum duosque Reges Carolos patrum nempe & nepotem per epistolas monuit, ut e Regno suo quilibet duos Episcopos illo delegaret. Et tandem Ludovicum Imperatorem rogavit, ut Legatos Romanæ Sedis tuto in Regnum Lotharii fratris sui deduci juberet. Præterea Papa datis ad Episcopos Galliæ & Germaniæ litteris mandavit; Metas, ubi Concilium celebrandum erat, se conferrent, & Regem Lotharium ad dicendam causam vocarent.

ep. 18.

ep. 19.

ep. 22.

In

(*) Quia necdum sciebat Pontifex, qua fide Legationem Constantinopolitanam obiisset.

Sæculum IX. In illa epistola Papa Episcopis signifi-
 A. C. 862. cat, ad se jam jam Legatos dimissurum
 fuisse delatum, quod Lotharius, S. Sedis
 Judicio non expectato, in præcoces nu-
 ptias prorupisset. In alia epistola Epi-
 scopis tunc reddenda, quando Metis ef-
 sent congregati, hortatur, ut æquum ju-
 dicium ferrent, & Acta Concilii ad se
 transmitterent, unde plenam de hac cau-
 sa cognitionem acquireret.

ep. 23.

ep. 20.

21.

His epistolis rursus additæ erant aliæ
 duæ, in quibus Papa Balduini Comitis
 patrocinium suscipiebat, una nempe ad
 Regem Carolum Calvum, & altera ad Re-
 ginam Ermentrudem ipsius uxorem data.
 Quippe Balduinus Romam profectus edi-
 tis sinceri doloris signis S. Petri & Summi
 Pontificis præsidium imploraverat; inde
 Papa Regem monet, dandum esse aliquid
 Balduini amori, consensisse Juditham, &
 si vir ille veniam desperaret, timendum,
 ne ad ineunda cum Normannis funesta
 foedera impelleretur. Has ergo episto-
 las Legati deferendas acceperunt, omnes
 eadem die vigesima tertia Novembris
 anno octingentesimo sexagesimo secun-
 do datas.

Tandem Nicolaus Papa his epistolis
 mandata adjecit; si Concilium Metense
 celebrari non posset, aut si Lotharius ve-
 nire cunctaretur, ad eum se conferrent,
 & S. Sedis mandata traderent. *Postea,*
dico-

dicebat, *Regem Carolum adhibitis, de causa Balduini agetis, & coram omnibus literas Synodicas atque Commentarium, quem vobis transmittimus exhibebitis; in illo autem Commentario hæc legentur: Lotharius affirmat, sibi primum Waldradam a parente suo* traditam, & deinde Huberti Sororem duxisse. Maxima cura inquirete, an Waldradam ritu Ecclesie & presentibus testibus duxerit; cur deinde illam repudiaverit, & Bosonis filiam (id est Theutbergam) acceperit. Dicturus est, se id metu adactum fecisse; reponetis, non oportuisse virum privatum tantopere a Rege timeri, ut animam in Salutis periculum conjiceret. Si non probetur, ipsum cum Waldrada legitimas nuptias contraxisse, instate, ut Theutbergæ, si illa inveniatur innocens, reconcilietur. Nam certiores vos facio, ipsam ter S. Sedis presidium efflagitasse, & cum libellum appellationis misit, indicasse, urgeri se ad confitendum falsum crimen, & nisi ab his angustiis liberaretur, fassuram se denique, quidquid inimici cuperent, ut salva esse posset. Postquam igitur ad Concilium venerit, rem tantam accurato examini subjicite.*

§. XXVI.

Papa Photium condemnat.

Legatis in Franciam iter ingressis, complures

Sæculum IX.
A.C. 862.

* Lothario
Imp.

Sæculum IX. plures viri Constantinopoli Romam per-
A. C. 863. venientes, quorum aliqui Photii perfe-
 cutionem fugiebant, manifestarunt, quan-
 tum Legati Pontificii in sua Legatione
 deliquerint. Indoluit vehementer Pon-
 tificex, & remedium cogitans, quo gran-
 dem labem ab Ecclesia Romana absterge-
 ret, Concilium ex pluribus Provinciis
 primum in Ecclesia S. Petri convocavit,
 unde deinde Episcopi ob tempestatem
 perfrigidam ad Ecclesiam Lateranensem
 transferunt. Hinc videmus, ista in hye-
 me & verisimiliter sub initium anni 863,
 acta fuisse. In eo Concilio Acta Concilii
 Constantinopolitani, & epistolæ Michae-
 lis Imperatoris a Leone Notario allatæ, ex
 Græco in Latinum conversæ, lectæ sunt.
 Introducitur Zacharias Episcopus, qui so-
 lus ex duobus Legatis præsens erat; nam
 Rodoaldus in Francia tunc versabatur.
 Interrogatur & convincitur etiam pro-
 pria confessione, quod in Depositionem
 Ignatii consensisset, & cum Photio con-
 temptis Papæ mandatis communicasset.
 Ergo Concilii sententia deponitur & ex-
 communicatur. Rodoaldi vero absen-
 tis iudicium ad alterius Concilii tempus
 differtur.

¶ I. In eodem Concilio de causa Constans-
 tinopolitana pronunciatum est in hunc
 modum: *Quod Photius Schismaticorum
 fautor sit, quod, relicta militia Sæculari,
 & Græ*

a Gregorio Syracusano, vivo dudum Sæculum IX,
A. C. 863.
 damnato, se se Episcopum ordinari passus
 sit, quod Ignatio Constantinopolitano Fra-
 tre Nostro vivo ipsius Sedem invaserit,
 & tanquam latro in ovile irruperit, quod
 cum hominibus a Benedicto Papa Anteces-
 sore nostro damnatis communicaverit,
 quod contra datam fidem Synodum convo-
 caverit, in quo Ignatium deponere & ana-
 thematizare ausus est, quod S. Sedis Lega-
 tos, violato Gentium jure, corruperit,
 eosque non ad contemnenda modo manda-
 ta nostra, sed etiam impugnanda compule-
 rit, quod Episcopos cum ipso communica-
 re detrectantes in exilium ejecerit, alios-
 que eorum Ecclesiis dederit, quod Eccle-
 siam hodieque persequatur, & Ignatium
 horrendis cruciatibus afficiat, Photius tot
 criminum reus, Auctoritate Dei omnipo-
 tentis, SS. Apostolorum Petri & Pauli,
 omnium Sanctorum, sex Conciliorum uni-
 versalium, Judicio Spiritus Sancti per
 os nostrum pronunciato, omni honore Sa-
 cerdotali, & omni Clericali officio pri-
 vatus sit; ita ut si, postquam istud Decre-
 tum ad ipsius notitiam pervenerit, Sedem
 Constantinopolitanam retinere conatus
 fuerit, Ignatium in Regimine Ecclesiæ
 suæ turbaverit, aut quocunque officio Sa-
 cerdotali fungi præsumpserit, ab omni spe
 Sacræ Communionis in omne tempus ex-
 clusus sit & anathematizatus, nec Corpus
 Hist. Eccles. Tom. XII, G &

Sæculum IX. & Sanguinem Jesu Christi nisi in articulo mortis suæ accipiat.

A. C. 863.

Gregorius Syracusanus. ^{c. 2.} *Gregorius Syracusanus Schismaticus, qui in Concilio depositus, atque a Benedicto Papa suspensus, Photium consecrare & alia Sacerdotalia munia peragere ausus est. Sacerdotio privatus sit in perpetuum, & si posthac quocunque officio fungatur, anathema sit, & quicumque cum ipso communicaverit, anathema sit. Omne officium Sacerdotale illis interdiciamus, quos Photius ordinavit.*

^{c. 3.} ^{c. 4.} *Quod vero spectat ad Fratrem nostrum Ignatium, e Sede sua Imperatoris violentia pulsum, & Legatorum nostrorum perfidia vestibus Sacerdotalibus spoliatum. Auctoritate Jesu Christi declaramus nunquam fuisse depositum aut anathematizatum, cum illi, qui deposuerunt, omnipotestate ad id faciendum fuerint destituti. Itaque eum Dignitati suæ & Muneri restituimus. Quicumque vero imperatorum ei obstiterit, vel turbas moverit contra S. Sedis Decretum, si Clericus est, deponatur, si Laicus, cujuscunque demeriti gradus, anathematizetur. Hæc ultima verba ad Imperatorem pertinere videntur. Volumus, ut Episcopi & Clerici in exilium missi, aut post injustam Ignatii expulsionem depositi, Sedibus suis & Muneri restituantur. Quicumque obstiterit anathema*

c. 5.

anathema sint. Si forte admissi criminis Sæculum IX.
accusentur, prius restituantur, & deinde, A. C. 863.
sed a sola Sacra Sede, judicentur. Tan-
 dem Concilium Romanum Traditionem c. 6.
 de honore SS. Imaginibus exhibendo
 confirmat, & in Joannem, olim Patriar-
 cham Constantinopolitanum, ejusque
 Sectatores, anathema pronunciat.

§. XXVII.

Quæ in Causa Rotadi acta sint.

Concilio Metensi, ad pertractandum ap. Bar. an.
 negotium Regis Lotharii celebran- 862. in fin.
 do, primum dies Purificationi Sacra, se-
 cunda Februarii, anno 863. præstituta
 fuerat, quod videmus ex epistola Adven-
 tii Metensis ad Theutgaudum Treviren-
 sem datam, in qua eum hortatur, ut Re-
 gem confirmaret in laudabili proposito
 submittendi se Judicio, quod secundum
 Deum optimum visum fuisset; sed illud
 Concilium deinde ad decimam quintam ep. ad Hincm.
 Martii indictum, & tandem usque ad to. 8. Conc.
 medium mensem Julium dilatatum. Quia 762.
 scilicet Lothario sub initium hujus anni
 negotia non differenda oblata sunt. Nor-
 manni in Frisiam irrumpentes adversis
 Rheni fluctibus Coloniam versus advecti,
 usque ad Insulam prope Novesium sitam
 pervenerunt. Præterea, Rege Carolo
 juniore ejus fratre fati functo, Lothario
 iter in Provinciam suscipiendum fuit, ubi

Sæculum IX. ipse & Ludovicus Imperator mortui fra-
A. C. 863. tris Regnum inter se dividerunt. Per has
 moras occasionem nactus est Lotharius
 pervertendi Legatos Papæ; brevi enim
 bonum, quod conceperat, propositum
 evanuerat.

Ann. Bert. Interim Legati Sueffionem profecti
 863. Regem Carolum Calvum adierunt, qui
 in Abbazia S. Medardi honorifice excep-
 ptos aliquamdiu apud se retinuit. Ve-
 niam Papæ nomine pro Comite Baldui-
 no rogantibus tunc quidem necdum con-
 cessit, sed discessuros cum epistolis &
 muneribus benigne dimisit. Exinde hunc
 Regem, nepote ejus Rege Provincia
 mortuo, simpliciter Carolum nominabi-
 mus.

Legatis Rodoaldo & Joanne Sueffio-
 ne commorantibus, accurrit populus,
 Rotadi Episcopi, eo usque captivi liber-
 tatem & restitutionem magnis clamori-
 bus postulans, non obstante, quod Et-
 chanradus Episcopus Catalaunensis, ad-
 dens comminationibus verbera, Regis &
 Archiepiscopi nomine prohiberet, ne
 quis clamare auderet. Conjectura est,
to. 8. Conc. id complurium Provinciarum in Regno
p. 761. Nic. Caroli Episcopos permovisse, ut prope
ep. 32. Sylvanectum Concilium celebrarent, un-
 de datis ad Papam epistolis rogabant, ut
 Rotadi depositionem confirmaret, cujus
 Acta Romam transmittabant. Privile-
 gia

gia quoque Ecclesiarum suarum confir-
 mari petebant, dicebantque, Rotadum
 non debuisse Romam appellare, spretis
 legibus Cæsareis, quæ id prohiberent,
 cum præterea malam causam defendisset.
 Tandem rogabant Pontificem, ut causæ
 Lotharii cum uxoribus faveret; non
 enim dubitabant, quin Legati Pontifi-
 cii, quorum propensum in Waldradæ
 conjugium animum non ignorabant, ex
 ipsius Papæ mandatis ita sentirent. Hinc
 petebant etiam, ut alterum Concilium
 ex omnibus Provinciis ad discutiendam
 hanc causam convocaretur. Hanc epi-
 stolam, aliasque Hincmari suo tantum
 nomine datas, item & Regis Caroli, Odo
 Episcopus Bellovacensis ad Papam defe-
 rendas suscepit.

Sæculum IX.
 A. C. 863.

Causa Rota-
 di.

Episcopi vero in Lotharii Regno, in
 quo nemo Hincmaro favebat, pro Rota-
 do ad Episcopos Regni Ludovici dede-
 runt epistolam. In ejus fronte appa-
 rent nomina quinque Archiepiscoporum,
 Theutgaudi Trevirensis, Guntharii Colo-
 niensis, Arduici Vesuntionensis, Rolan-
 di Arelatensis, & Tadonis Mediolanensis.
 Hortantur Episcopos Germaniæ, ut jun-
 cta secum opera scandalum tollere cona-
 rentur, exortum, propter litem inter
 duos Præsules, alterum dignitate & scien-
 tia eximium, alterum senili gravitate ve-
 nerabilem; causam hanc vero accurate

to. 8. Cons.
 p. 202.

G 3 cogno-

Sæculum IX. cognoscerent, ne vel unam vel alteram
A. C. 863. partem temere damnarent. Attamen
 nihil, quod Hincmaro faveret, dicunt,
 cum prolixè Rotadi querelas & Cano-
 nes, qui ejus causam juvare possunt, re-
 ferant.

ep. 29.

Epistola Ni-
 lai I.

Sed antequam Odo Bellovacensis Ro-
 mam pervenisset, Nicolaus Papa Rotadi
 causam aliunde edoctus, litteras ad Hinc-
 marum dederat in hunc sensum: *A mul-
 tis Fidelibus ad nos delatum, te auctore
 Rotadum fratrem nostrum, frustra ad Se-
 dem Apostolicam, nefas! appellan-
 tem, & absentem fuisse depositum, & in Monaste-
 rio retrusum. Itaque volumus, ut cum
 accusatoribus suis & Presbytero, propter
 quem depositus est, abjecta omni mora Ro-
 mam veniat, & si post triginta dies, ex
 quo hæc nostra epistola tibi reddita fue-
 rit, Rotadum non restitueris, nec cum ipso
 tu, aut a te Delegatus, ad nos venerit,
 Missarum Solemnia celebrandi nec tu, nec
 omnes Episcopi, qui in depositione illius
 viri consensisse noscuntur, licentiam ha-
 beat, quoad, quæ præcepimus, execu-
 tionem data non fuerint. Papa simul, da-
 ta ad Regem Carolum epistola, rogat, ut*
 ep. 31. Rotado Romam proficiscendi licentiam
 tribuat.

ep. 32.

Post adventum vero Odonis Episco-
 pi, Papa hujus causæ viscera melius per-
 spiciens vehementiore stilo scripsit. Pri-
 mo

mo ad epistolam Synodicam Concilii Sil-
vanectensis respondens, depositionem Sæculum IX.
A. C. 863.

Rotadi approbare rotunde denegat. *Non
possumus, inquit, sine cognitione causæ ju-
dicare. Odo Actoris onus contra Rota-
dum in se suscipere noluit, nec etiam po-
tuisset, cum nemo, ad rei causam defenden-
dam, adfuisset. Animum vero nostrum
summopere læsit, quod hunc virum depo-
sueritis, & spreta ejus ad S. Sedem appel-
latione custodia tradideritis, velut ex ipsis
Actis vestris constat. Dicitis; secun-
dum Leges Cæsareas Rotadi appellationem
recipi non potuisse. Sed quotiescunque
Leges Canonibus adversantur, potius Ca-
nonum ratio habenda est. Jus vero ap-
pellandi ad Sacram Sedem in Synodo Sar-
dicensi stabilitum est, & sufficit, si appel-
lans bonam causam se habere putet, etiamsi
ve ipsa non haberet. Queritur deinde
Pontifex, quod alius Episcopus in Sede
Rotadi ordinatus fuerit, & easdem mi-
nas, quas prius Hincmaro adhibet. Tum
ait: Si in vestra obstinatione persevera-
tis, Rotadum a sententia vestra absolve-
mus, & vos ipsos in legitimo Concilio
damnabimus. Ceterum Sedis Nostræ Præ-
rogativas, quoad spiritum trabemus, de-
fendemus; sed & vestra quoque res agi-
tur, nescitis enim, an non eadem fors vo-
bis cras obventura sit, quæ hodie Ro-
tadum premit; quod si contigerit, quo*

p. 417.

G 4

vos

Sæculum IX. *vos vertetis? unde accersetis auxi-*
A. C. 863. *lium?*

Tum Papa in eadem epistola de causa Balduini mentionem facit, & transiens ad nuptiarum scandalum ait: *quid de Lotharii facto sentiamus, ex epistolis & mandatis, quæ Rodoaldo & Joanni Legatis nostris commisimus, cognoscetis. Inde videtis, nullam rem nobis magis curæ esse, quam istum offensionis lapidem tollere. Nisi hac vice Lotharius mandatis nostris pareat, eum ab Ecclesia excludimus. Atque etiam, quo simplices & rudes intelligant, quid agatur, e re esse credimus, ut ad omnes Fratres vestros perscribatis, quæ nobis in hac causa stet sententia, populumque in vestris Ecclesiis publice edoceatis. Concilium autem, quod petitis celebrari, locum prius habere non potest, quam Legati nostri reduces, quæ apud vos acta fuerint, referant.*

Ep. 18.

Nicolai Pa-
pæ Epistolæ.

Nicolaus Papa datis etiam, Odone deferente, ad Hincmarum litteris, blanditias severitati miscuit, & ad epistolam præcedentem remisit. *Oportebat te, inquit, causa Rotadi sæpius ad examen vocata, id memoriæ & honori S. Petri dare, ut nobis scriberes, & iudicium nostrum expectares, etiamsi Rotadus non appellasset. Et infra: Petis, privilegia Ecclesiæ tuæ confirmari, dum jura & prærogativas Ecclesiæ nostræ, quoad potes, labefactas.*

Etas. Nempe eodem anno 863. Hincma-
 rus a Papa obtinuit, ut Prærogativæ Ec-
 clesiæ suæ Metropolitanæ, & Concilium
 Sueffionense, vigesima quarta Aprilis an-
 no 853. celebratum, in quo pronuncia-
 tum, Canonicam esse ipsius electionem,
 confirmarentur.

Sæculum IX.
 A. C. 863.

to. 8. Conc.
 p. 488.
 Sup. lib.
 XLIX.
 §. 8.

Regem Carolum & Episcopos, quos
 ad consilium adhibere adsueverat, episto-
 la Papæ Balduino faventis ab ejus Lega-
 tis Sueffione reddita offendit. Crede-
 bant enim Papam non debuisse eum ab
 excommunicatione in eum ab ipsis lata
 absolvere, & non oportuisse Papam im-
 perantium more Regi scribere. Papa in
 epistola per Odonem ad Regem missa fa-
 ctum excusat, dicitque, quod Balduinum
 non absolverit. *Balduinum non libera-*
vimus, inquit, ab anathemate, & ad Com-
munionem nostram non recepimus, crimen
admissum abominamur, & justo dolori tuo
accedimus. Attamen S. Petri præsidium
implorantem repellere non debuimus, pre-
cesque nostras pro reo non imperia adbi-
buimus. Regi etiam illa communicat,
 quæ ad Episcopos in causa Rotadi scripsit,
 & rogantem inter & præcipientem me-
 dius petit, ut eum Romam mitteret.
 Rursus, id quoque excusat, quod in præ-
 cedentibus litteris verbis duriusculis usus
 fuisset.

ep. 302.

Sæculum IX.

A. C. 863.

ep. 33.*Nic. ep. 41.
to. 8. Conc.
p. 796.*

Odoni præterea epistolam Papa com-
misit, ad Rotadum datam, in qua sola-
tium suggerit, & hortatur, ut Romam
se conferat, quamprimum libertate frue-
retur. *Si eam vero, inquit, impetrare
non possis, id nobis per litteras significa,
& a proposito Sacram Sedem appellandi
dimoveri te non patiaris.* Hæc epistola
vigesima octava Aprilis, Indictione un-
decima, nempe anno octingentesimo
sexagesimo tertio data est, unde conjici-
mus, ceteras quoque, quas Odo detu-
lit, eadem die datas fuisse. Duobus vero
mensibus moratus est Romæ, & in Fran-
ciam redux pervenit vigesima tertia Ju-
lii, cum Hincmarum Papæ epistolas illa
die accepisse sciamus.

§. XXVIII.

Concilium Metense Lotharium favens.

Interim Legati Rodoaldus & Joannes
Metas profecti indictum Concilium
mense Junio mediante eodem anno 863.
celebrarunt. Nullus Episcoporum Ger-
maniæ vel Neustriæ, id est, ex Regnis
Ludovici vel Caroli advenit, sed ex Re-
gno Lotharii adfuere omnes, solo Hun-
gario Ultrajectensi excepto, quem mor-
bus venire prohibuit. Omnes Regis
voluntati assentati sunt, & Legati Regia
munificentia corrupti, pressis Papæ epi-
stolis, accepta mandata dissimularunt.

Dixit,

*Ann. Fuld.
863. Metens.
865. Bertin.
863. Nic. ep.
58.*

Dixit iis Lotharius, se simpliciter paruisse
 Judicio Episcoporum Regni sui in Conci-
 lio generali congregatorum. Nempe in
 Concilio tertio Aquisgranensi, anno præ-
 terito, celebrato. Id non negarunt Epi-
 scopi; itaque congestis in speciem ali-
 quot argumentis, quibus facta sua pro-
 bare nitebantur, cuncti conscripto Libel-
 lo subscripserunt; cumque aliquis Epi-
 scoporum subscribens adjecisset, hæc
 Acta prius non valitura, quam Papæ exa-
 men subiissent, Guntharius accepto cul-
 tello hæc verba e pergameno ita erasit,
 ut nihil nisi nomen Episcopi remaneret.
 Tandem Legati, ut aliquid saltem præ-
 stitisse viderentur, Regi suaserunt, Ro-
 mam esse mittendos Guntharium Colo-
 niensem & Theutgaudum Trevirenses
 hujus Concilii Præsides, qui Libellum
 deferrent, & a Papa confirmationem pe-
 terent.

Sæculum IX.
 A. C. 863.

Sub idem tempus, Concilio Metensi
 soluto, Adventius Episcopus libellum
 conscripsit, quo se & Regem Lotharium
 purgaret; in quo summam dicebat:
*Augustus Lotharius filio suo Lothario ado-
 lescentulo Virginem nobilem nomine Wal-
 dradam sponsam conciliare volens, eidem
 ut sponsalia confirmaret, centum mansos*
*donaverat. Quoad parens in vivis egit,
 Lotharius junior cum Waldrada tanquam
 sponsa legitima fuit, id videntibus &*
scien-

ap. Baro.
 an. 862.

* centum fa-
 milias gle-
 bæ adscri-
 ptas.

Sæculum IX. *scientibus ejus pædagogis, Præsulibus, &*
A. C. 863. *Regni proceribus. Vix autem Lotharius*
Imperator decesserat, diebus luctus necdum
præteritis, Hubertus Theutbergam soro-
rem suam juveni Regi adducit, & malis
artibus uxorem obtrudit, ausus minari,
effecturum se, si consiliis suis repugnaret
Rex, ut de regno periclitaretur. Duxit
ergo Theutbergam Lotharius, sed invi-
tus, ut ipse testatus est. Cum postea tur-
pissima fama Theutbergam sequeretur,
quod olim fratri suo fuisset commixta,
ipsa scelus confessa, & damnata, fuga se
provipuit. Hac re jubente Rege Lotba-
rio ad Nicolaum Papam delata, misit ille
Oratores, quibus & Rege præsentibus ce-
lebratum est Metense Concilium. Ibi Rex
omnia, quæ modo dicta fuerunt, de nuptiis
suis cum Waldrada, Augusti parentis sui
auctoritate initis, exposuit. Quia vero
plurimi passim de hac re varie opinantur,
publice, quid sentiam, & qua mente
hoc negotium pertractaverim, profitebor:
quando Imperator filio suo Waldradam tra-
didit, necdum eram episcopali onere gra-
vatus, & his actibus non interfui. Sed
etiam secundum cum Theutberga conju-
gium non nisi per famam ad aures meas
delatum est. At postquam Episcopus or-
dinatus fui, de his nuptiis ita sentire cæ-
pi: Christianissimus Imperator in Fide
Christi, & sua, filio suo dedit virginem.

At

At Fides Dei scortum non donat. Econtra illa dimissa aliam ducere adulterium fuit. Theutberga vero sponte horrendum fratris amplexum confessa est, quod viri fide digni testatum faciunt. Hac sunt, quæ de hac causa sentio.

Sæculum IX.
A. C. 863.

§. XXIX.

Hilduinus Cameraci intrusus.

Inter epistolas Nicolai Papæ, ab Odone Episcopo Bellovacensi in Franciam delatas, tres erant pertinentes ad causam Hilduini, cui Rex Lotharius Episcopatum Cameracensem Theodorici morte vacantem contulerat. Erat Hilduinus Guntharii Archiepiscopi Coloniensis germanus & celeberrimo Hilduino Abbati ad S. Dionysium affinitate conjunctus.

Sup. lib.
XLVIII.

§. 28.

Hincmarus vero, cui tanquam Metropolitana subjecta erat Ecclesia Cameracensis, quamvis esset Hilduini Abbatis discipulus, hunc Episcopum ordinare recusabat, obtendens, esse secundum Canones Episcopatu indignum. At Lotharius non modo licentiam alterum ordinandi denegavit, sed etiam Hilduinum in possessionem Bonorum ad Ecclesiam Cameracensem pertinentium immisit. Cum postea Hincmarus contra Hilduinum accusationis libellum, in quo causæ, ex quibus eum ordinare nollet, continebantur, conscripsisset, eumque Lothario in

Conven-

Sæculum IX. Conventu Regum tradidisset; tres Me-
 A. C. 863. tropolitæ ex Regno Lotharii Theutgau-
ep. tom. 8. dus Trevirensis, Guntharius Colonien-
Conc. p. 762. sis & Arduicus Vefuntionensis ipsum ad
 Concilium Metis (verisimiliter mense
 Febr. anno 863.) celebrandum venire
 jusserunt, & ibi accusationem argumen-
 tis demonstrare, nisi calumniator haberi
 vellet. Sed nec Hincmarus, nec alii e
 regno Caroli Episcopi Concilium illud
 adiverunt; ipse vero querelas ad Papam
 detulit.

Igitur Pontifex litteris hac super re
ep. 63. 64. 65. ad Episcopos Regni Lotharii, ad ipsum
 Lotharium, & Hilduinum datis queri-
 ritur, Ecclesiam Cameracensem jam de-
 cem mensibus, contra quam Canones
 præscriberent, vacare, Hilduinum Regis
 auctoritate munitum illam Ecclesiam suis
 redditibus spoliare, & Regem liberam ele-
 ctionem atque jura Metropolitæ turbare.
 Hilduino autem Cameraco discedere
 sub pœna excommunicationis præcipit.
 Hincmarus his tribus epistolis diligenter
 redditis, petiit, ut mature responsa da-
Hincmar. rentur; at non pari diligentia illas, quæ
opusc. 17. ad causam Rotadi spectabant, tradidit,
init. Nicet. utpote quas quatuor circiter mensibus
ep. 41. p. occultatas nemini mortalium ostendit.
p. 796.

§. XXX.

Sæculum IX.
A. C. 863.*Concilium Vermeriense.*

Pronum est conjicere, Hincmarum has litteras non prius protulisse, quam in Concilio Vermeriensi, jubente Rege Carolo vigesima quinta Octobris eodem anno octingentesimo sexagesimo tertio. Nam in eo Concilio Rex Rotadam Romam mittere, ut Papa præceperat, constituit. Ibi etiam Papæ precibus dedit, ut filia suæ Judithæ & Balduino Comiti veniam concederet, & non diu post, cum Antissiodori moraretur, ipso annuente nuptiæ publico ritu celebratæ sunt; his tamen Rex non interfuit. Anno 863. 30. Nov. Regi adhuc dum Antissiodori præsentis Liudon Diaconus ab ipso Romam missus attulit Papæ epistolam, qua iterum instabat, ut Rotadam reciperet in gratiam & auxilia necessaria ad iter Romam capessendum præferet. Eodem Liudone deferente dedit epistolam Pontifex ad Hermentrudem Reginam, quæ Rotado adversabatur, significans, se eos, qui ad S. Sedem confugerent, repellere neutiquam posse. Tandem datis ad ipsum Rotadam litteris inter alia dicit: *Tua maxime interest, serio pensare, an tibi cujusquam delicti conscius sis, & an Episcoporum judicio acquiescere præstet, ne tu aliique itineris labores sine necessitate susci-*

Ann. Bert.
863.*Ann. Bert.*
Hincmar.
opuscul. 17.
*p. 246.**Nic. ep. 35.**ep. 36.**ep. 34.*

Sæculum IX. *suscipiatis. Si vero innocens es, confide*
A. C. 864. *& veni. Nos quidem nunquam causam*
tuam, si justa sit, præsidio nostro desti-
tuemus.

§. XXXI.

Pipini junioris pœnitentia.

Ann. Bert. Antiffiodoro Rex Carolus Nivernum
 profectus in illa civitate Festum Na-
 tivitatis Domini anno 863. celebravit.
 Ibidem commoranti triste nuncium per-
 fertur, Normannos Pictavium pervenisse,
 & urbem quidem dato ingenti pretio
 redemisse incendium, sed Ecclesiam S. Hil-
 larii flammis fuisse consumptam. Bar-
bid. an. 864. baris inde usque Claramontium in Arver-
 nia progressis, Pipinus filius Pipini Regis
 Aquitaniæ, Caroli nepos, non obstante
 quod Monachum fuisset professus, ad hos
 Infideles defecit, ipsorumque etiam Re-
 ligioni nomen dedit. Sed non multo
 post tempore ab Aquitanis structis insi-
 diis captus, in Comitibus Pistensibus, men-
 se Junio anno 864. celebratis, tanquam
 Fidei desertor & patriæ proditor dignus
 morte judicatur, & Silvanecti arcto car-
Capit. Car. *bit. 36.* ceri traditur. Cum vero pœnitentiam
 ostenderet, & desiderium redeundi ad
 Monasterium, Rex Hincmarum hac su-
 per re consuluit, qui mentem suam datis
 litteris aperuit in hunc modum: *Confiten-*
tur omnia peccata totius vitæ suæ, sed se-
cretæ

creto, quia forte talia commisit, quæ publice confiteri pudor vetat. Deinde in Ecclesia inter ceteros publice pœnitentes se accuset, quod vestem Monasticam abiecerit, Fidem sacrilege læserit, ad Paganos defecerit, atque propter hæc & omnia alia peccata, quæ secreto confessus fuerit, pœnitentiam sibi injungi petat. Publice ab Episcopo reconcilietur, Tonsuram, habitum Monasticum, & tandem S. Altaris Communionem recipiat. Tum leniter eum haberi oportet. Liberaliter custodiatur a Monachis & Canonicis, qui eum modum recte vivendi & plorandi peccata sua edoceant. Ea tamen adhibeatur custodia, ut in vitia, quæ deflevit, etiamsi vellet, relabi non possit.

§. XXXII.

Pontifex Concilium Metense damnat.

Rodoaldus & Joannes Legati, qui Concilio Metensi præfuerant, Romam reversi, Papæ retulerunt, Regem Lotharium Episcoporum Regni sui consilium fuisse amplexum, duosque illorum præcipuos Theutgaudum & Guntharium propediem adfuturos, & omnia exacte exposituros. Verum Nicolaus Papa, qui Rodoaldo absente edoctus fuerat, quam temere Constantinopoli sua mandata neglexisset, Concilium, in quo eum condemnaret, convocavit. Rodoaldus pro-

Sæculum IX.
A.C. 864.

Opusc. 59.
p. 819. to. 2.
Duchesne.

Anast. in Nic.
p. 260.

Nic. ep. 7.
p. 289.

Ann. Bertin.
863.

Fuldens. eod.

Hist. Eccles. Tom. XII.

H

pria

Sæculum IX. priæ conscientiaë stimulis turbatus, & Zachariae Collegæ sui jam ante condemnati exemplo territus, derelicta Ecclesia sua, fuga nocturna in alias provincias se proripuit. Papa vero sententiam in absentem ferre distulit.

Conc. Rom. to. 8. Conc.

Inter hæc Theutgaudus & Guntharius Romam pervenientes Papæ Acta Concilii Metensis & Aquisgranensis tradunt. Jubet ea Pontifex publice recitari & Archiepiscopos interrogat, num animus esset, ea defendere. Respondent, se ea, quibus manu sua subscripsissent, ore neutiquam negaturos. Nihil amplius addidit Papa, & ad sua diversoria Archiepiscopos remisit; sed interjectis paucis diebus eos ad Concilium in Palatio Lateranensi jam congregatum vocavit. Illi eadem Acta offerunt, petuntque, ut iis Papa subscriberet, dicentes, nec plura nec pauciora a se gesta esse, quam in hoc Libello continerentur. Verum, cum Episcopi permulta in iis erubescenda inauditaque affirmari judicarent, Archiepiscopos ex propria eorum confessione condemnarunt.

Ann. Met. 865. Nic. ep. 58.

Pontifex hujus Concilii Decretum in articulos quinque divisum ad omnes Episcopos Galliaë, Italiaë & Germaniaë misit. In primo articulo Concilium Metis mensis Junii Indictione undecima, nempe anno octingentesimo sexagesimo tertio, celebrata

lebratum, irritum pronunciatur, atque Sæculum IX.
 Latrocinio Ephesino confertur. In se- A. C. 864.
 cundo declaratur, Theutgandum Archi-
 episcopum Trevirensis, Belgicæ Prima-
 tem, & Guntharium Archiepiscopum
 Coloniensem omni potestate Episcopali
 esse privatos, quod injustam sententiam
 in causa Regis Lotharii & duarum ux-
 orum ejus tulissent, & Judicium Sacræ Se-
 dis contra Ingeltrudem Bosonis uxorem, *Sup. §. 10.*
 secundum Libellum Tadonis Archiepi-
 scopi Mediolanensis, pronunciatum con-
 tempsissent. Ab omni actu Episcopali
 abstinere jubentur, addita comminatio-
 ne, si hoc præceptum violent, nunquam
 esse restituendos. Excommunicati sint,
 quicumque cum ipsis communicaverint. *c. 3.*
 Episcopi complices quoque depositi sint,
 relicta spe, eos restitui posse, si facti pœ-
 nitentiam profiteantur. Ingeltrudis Co-
 mitis Matthesfridi filia & Bosonis uxor, *c. 4.*
 quæ, marito ante annos circiter septem
 relicto, circumerrabat, secundo cum
 omnibus consciis & fautoribus anathe-
 matizatur, cunctisque prohibetur, ne
 cum ea communicent. Venia autem ei
 promittitur, si ad maritum redeat, aut
 Romam veniat, & absolutionem petat.
 Tandem anathema dicitur quibuscunque
 Sacræ Sedis Decreta, ad fidem vel Disci- *c. 5.*
 plinam pertinentia, spernentibus.

Sæculum IX. Hagano quoque Episcopus Bergomen-
 A. C. 864. sis depositus, quem Auctorem Libelli
 Concilio Romano ab Archiepiscopis Tre-
 virensi & Coloniensi oblato esse dice-
 bant. Item Joannes Archiepiscopus Ra-
 vennas, qui violata juramenti fide cum
 fratre suo Gregorio contra Sacræ Sedis
 auctoritatem & contra ipsum Pontificem
 conjuraverat. Sed hi Episcopi hujus
 Concilii Decretis non parentes actibus
 Episcopalis potestatis fungi non cessarunt.

§. XXXIII.

Guntharius Summo Pontifici refractarius.

Ann. Met. Sed nec Theutgaudus, nec Guntharius
 865. *Bertin.* imperata fecerunt. Quippe ad Im-
 864. peratorem Ludovicum, qui tunc tempo-
 ris Beneventi versabatur, profecti quere-
 las audacter moverunt; se contra factos
 fuisse depositos. Injuriam quoque Im-
 peratori inferri, quod pessime habiti fue-
 rint Regis fratris ejus Legati, quos ipse
 deduci jussisset, & qui tanto freti præse-
 dio Romam ivissent. Hanc Archiepisco-
 pis factam contumeliam toti Ecclesiæ de-
 decori esse, atque rem inauditam, Me-
 tropolitanum sine consensu Principis, &
 aliis Metropolitanis non præsentibus, e-
 gradu suo dejici. (*) Multis præterea
 con-

(*) Dissimulant, anno superiore Photium in
 Concilio Romano depositum.

conviciis in Pontificem effusis, animum Sæculum IX.
Imperatoris usque adeo accenderunt, ut A. C. 864.
ira fervens cum Imperatrice uxore &
duobus Archiepiscopis Romam conten-
deret, Papam contumeliose habiturus,
nisi ambos restitueret.

Tunc vero Guntharius, is quippe ce-
teris seditionis auctor fuit, misso ad Fra-
tres suos in Regno Lotharii Episcopos li-
bello, in quo Theutgandum simul loquen-
tem inducit, summatim scripsit: *Roga-*
mus vos, Fratres Charissimi! ut pro no-
bis oretis, & rumore invidioso, qui in
vulgus spargitur, non turbemini. Quam-
vis enim Dominus Nicolaus, quem Papam
appellant, qui se ipsum numero Apostolo-
rum inserit, & toti Mundo Imperatorem
sese obtrudit, instigatione clientum suo-
rum nos damnaverit, ita tamen ejus insa-
niæ nos opposuimus, ut eum amara admo-
dum facti sui pænitentia subierit. Ad-
junctos epistolæ articulos vobis mittimus,
ut cognoscatis, quas contra eum conque-
rendi causas habeamus. Regem nostrum
sæpe invisite, sermonibus & epistolis va-
cillantem confirmate, & quotquot potestis
amicos, imprimis vero Regem Ludovicum
conciliate. Fidem, qua ei obstringimur,
inviolabilem servemus. Epistolam in hoc
libello sequitur Oratio invectiva in Sum-
mm Pontificem in sex partes divisa, cu-
jus hæc ferme verba sunt:

H 3

Audi,

Sæculum IX.

A. C. 864

*Audi, Domne Papa Nicolae! missi a
Fratribus nostris, venimus ad te consu-
lendum de rebus, quas inter nos definieramus,
ostendimus tibi in pagina quorum auctoritatem
secuti fuerimus, & argumenta, quæ nos moverint,
sententiam tuam exquisitari, humiliter rogavimus,
ut nos doceres, parati morem gerere, si meliora
demonstrares. Postquam vero per trium septimanarum
spatium responsum expectavimus, nullum dedisti fixum,
sed quadam die ad nos publice dixisti; quod, secundum
ea, quæ in Libello essent exposita, excusari posse
videremur. Tandem in conspectum tuum venire jussi
sumus, & cum rem hujusmodi ne suspicari quidem
liceret, clauduntur porta, Clericorum Laicorumque
turba incondita obruimur. Tunc vero sine Concilio,
sine examine Canonico, sine Actore, sine testibus,
nec ratione, nec auctoritate convictos, nec confessos,
aliis Metropolitanis & Episcopis nostris Suffraganeis
absentibus, pro tua libidine & tyrannide damnare
presumpisti. Sed Sententiam tuam, quam abominamur,
a charitate patris (*) fratrisque alienam spernimus,*

Guntharii
Colonienfis
furor.

v. 2.

v. 3.

v. 4.

(*) Etsi Guntharius dolore & furore amens hæc scripserit, nihilominus ex ipsius verbis Romani Pontificis Auctoritas in universam Ecclesiam probatur. Cur enim Archiepiscopi Franciæ, quod inter

Sæculum IX.
A. C. 86.

spernimus, tanquam injuriam insignem. Te ipsum, quod cum excommunicatis communices, a nostra communione rejicimus, contenti communione totius Ecclesie & societate Fratrum nostrorum, quos contemnis, ob superbiam tuam & arrogantiam ipsorum communione indignus. Tu te ore condemnas, cum omnibus anathematis dicis, quicunque Apostolica præcepta non servaverint, quæ tu omnium primus violas, qui Leges Divinas Sacrosque Canones destruis, Pontificum Antecessorum tuorum vestigia non sequens. Itaque non in gratiam nostri privatim, sed totius Ordinis Episcopalis, quem opprimere conaris, Judicii nostri Summam exponimus. Leges Divinæ & Canonice, quibus etiam Leges hujus Sæculi consentiunt, satis demonstrant, non licere virginem ingenuam & nolentem cuiquam concubinam tradere, sed si vivo consentientibus parentibus fide & affectu conjugali junctæ fuerit, uxorem non pellicem esse æstimandam.

c. 5.

c. 6.

c. 7.

Hic ei sermo est de Waldrada, quam, Theutberga priorem, legitimo

H 4 matri-

inter ipsos definitum fuerat, a Romano Pontifice confirmari petunt? cur hic Guntharius præter fraternum etiam patris affectum requirit, cum omnes alii in tota Ecclesia Episcopi fratres se compellarent, nisi in Romano Pontifice omnium ceterorum patrem agnosceret.

Sæculum IX. matrimonio Lothario copulatam affir-
A. C. 864. mabat.

Cum nunciatum fuisset Papæ, Ludovicum Imp. Romam adventare, litanias & jejunium Romanis indixit, ut Deus Principi mentem bonam & reverentiam erga Apostolicæ Sedis auctoritatem donaret. Imperatore autem perveniente Romam, & secus Basilicam Beati Petri degente, cum populus & Clerici Romani inter publicas preces gradus ante Basilicam Beati Petri cœpissent ascendere, satellites Imperatoris in pavidos irruunt, in terram prosternunt, verberibus afficiunt, atque Crucibus ac vexillis confractis fugant. In illo tumultu Crux S. Petro olim a S. Helena oblata, particulam de ligno veræ Crucis continens, confracta, & in cœnum projecta; quam deinde quidam Angli sublatam Thesauri præfecto reddiderunt. Cum hæ turbæ Pontifici, in Palatio Lateranensi moranti, fuissent indicatæ, atque confestim adfuturos, qui in ipsum manus injicerent, ratem conscendit, & Tiberi ad Basilicam S. Petri devehitur, ubi biduo nec cibum nec potum sumsit. Interim qui Crucem S. Helenæ fregerat, subito moritur, & Imperator febri corripitur. Quapropter Imperatricem ad Pontificem mittit, cujus fidei jussione Nicolaus ad Imperatorem venit, & omnibus mutuo sermone

com-

compositis Papa ad Lateranense Palatium ^{Sæculum IX.}
 rediit, Imperator autem Guntharium & A. C. 864.
 Theutgaudum, sicut erant, gradu suo de-
 positos in Franciam remeare jubet.

Tunc Guntharius desperatione actus,
 quod se Principis auxilio destitutum vi-
 deret, per Hilduinum fratrem suum Cle-
 ricum, illum ipsum, quem Lotharius in
 Sedem Cameracensem intrudere tenta- *Ann. Bert.*
 verat, dictum libellum ad Episcopos in *864.*
 Regno Lotharii directum Pontifici mit-
 tit, additis mandatis, ut si Papa nollet
 eum recipere, super corpus Beati Petri
 jactaret. Cumque Papa, ut par erat,
 eum accipere recusasset, Hilduinus armis
 cinctus, ut ut esset Clericus, Ecclesiam
 S. Petri inverecunde intrat cum familia-
 ribus Archiepiscopi fratris sui, fustibus
 custodes venientem a Confessione S. Pe-
 tri arcere conantes depellit, quorum
 unus in terram concidit exanimis, Scri-
 ptum super Corpus S. Petri jactat, seque
 cum suis, evaginatiis gladiis, e Basilica
 proripit. Ludovicus Imperator post
 paucos dies Roma exiit, postquam in illa
 commoratione Cæsarei complures ædes
 diripuissent & incendiissent, Ecclesias ali-
 quas effregissent, non nullos viros occi-
 didissent, fæminas atque etiam Moniales
 violassent. Ille Ravennam ivit, ibique
 Dominicam Paschæ, quæ illo anno 864.
 in diem secundam Aprilis incidebat, ce-
 lebravit. H 5 Jam

Sæculum IX.
A. C. 864. Jam vero Guntharius Coloniam redierat, ubi, Sententia Pontificis inhabita, in Cœna Domini Missam celebravit, & Sacrum Chrisma confecit. Sed Theutgaudus Trevirensis in Sacram Sedem reverentior ab omni Ministerio Episcopali abstinuit. Rex vero Lotharius nec Gunthario Sacris operanti adesse, nec cum eo communicare sustinuit, imo Archiepiscopatus Coloniensis possessione dejecit, aliis Episcopis id postulantibus, quibus autem inconsultis eundem Archiepiscopatum Hugoni, Regis Caroli agnato, Ordinatione Subdiacono, & si mores spectarentur, ne quidem bono Christiano, contulit. Unde Guntharius acerrime commotus quidquid de thesauro Ecclesiastico in illa civitate residuum fuit, auferens Romam iterum proficiscitur, quos dolos in negotio Theutbergæ & Waldradæ Lotharius ipseque nexuissent, proditurus.

§. XXXIV.

Adventius ad officium redit.

Ceteri Episcopi ex Regno Lotharii Legatos suos cum Libellis pœnitentiæ ad Papam miserunt, profitentes, quod in illo divortio a Scriptura & Regulis Canonicis deviaissent. Lotharius quoque Ratoldum Episcopum Argentoratensem misit cum epistolis, in quibus pro
 more

more suo facta excusabat & emendatio-
nem parum sincere promittebat.

Sæculum IX,
A. C. 864.

Duas habemus Lotharii Epistolas, *ap. Baro. an.*
quas illo tempore scriptas conjicere li-
cet. In iis paratum se affirmat, Romam
ire & coram Pontifice causam dicere.
Conqueritur de depositione duorum Ar-
chiepiscoporum, sed unius obedientiam,
& alterius pervicaciam notat.

468.

Ex illis Libellis, in quibus Episcopi
ad Officium se redire professi sunt, uni-
cus, nimirum Adventii Metensis ad nos
pervenit. Excusat, quod Romam pro-
ficisci non possit senili ætate, podagra,
aliisque infirmitatibus, quibus ad extre-
ma propemodum deduceretur, impedi-
tus. Declarat, nec Theutgaudum, nec
Guntharium amplius a se pro Episcopis
haberi, se credidisse bona fide, quæ in
Concilio Metensi de negotio Regis Lo-
tharii afferebantur; ceterum se se Au-
ctoritati Metropolitanorum secundum re-
gulas Canonicas subdicere, fidem au-
tem de factis ipsis penes Auctores, qui
interfuisse se dicerent, esse oportere.
*Jam vero, subjungit sermone semper ad
Papam directo, tuum est de hac causa ju-
dicare, ego enim tuæ definitioni simpli-
citer me submitto. Quod spectat ad In-
geltrudem, me inscio absoluta est, & u-
bi ad meam notitiam pervenit, adulterii
ream*

to. 8. Cone.
482.

c. 4.

Sæculum IX. *veam esse, abominatus sum scelus. Nego*
A. C. 864. *simpliciter me seditionis, vel cujuscunque*
conjuracionis reum esse, sed Sedi S. Petri
sincerissime addictus sum. Ceterum hunc
Legatum ideo tardius ad te misi, ut prius
meo hortatu Fratres nostri in tuam sen-
tentiam concederent, omnesque unius men-
tis effemus. In fine a Papa in Commu-

p. 485.

nionem suscipi rogat. Rex Carolus quoque, datis ad Papam literis, Adventio patrocিনatus est; quem inde etiam commendat, quod sibi semper fuerit charissimus, Drogonis patris sui alumnus, ejusque in Ecclesia Metensi Successor.

p. 487.

Papa Adventii excusationem eo promptius recepit, quod eum, ut scripserat, morti proximum crederet. Verum in hac Nicolai Papæ Epistola verba sequentia sunt notatu digna: *Illud vero quod*

dicitis, Regibus & Principibus vos esse
1. Pet. 2. 13. subiectos, eo quod dicat Apostolus: sive
Regi tanquam præcellenti, placet. Ve-
runtamen videte, utrum Reges isti &
Principes veraciter Reges & Principes
sint. Videte si primum se bene regunt,

deinde subditum populum. Nam qui si-
bi nequam est, cui alii bonus erit? vi-
Eccl. 14. 5. dete si jure principantur; alioquin po-
Nicolai I. tius tyranni credendi sunt, quam Reges
Epistola ad habendi; quibus magis resistere, quam
Adventium. subdi debemus, ne nobis necesse sit eorum
vitiis favere. Ergo Regi quasi præcel-
lenti,

lenti, virtutibus scilicet & non vitiis Sæculum IX.
A.C. 864.
subditi estote; sed sicut Apostolus ait,
propter Deum & non contra Deum. 1. Pet. 2. 13.

Nicolaus Papa non attendebat, Regem illum seu potius Imperatorem, cui obedire S. Petrus præcipiebat, fuisse Neronem, & Apostolum in eodem loco subjunxisse; Servos obedire oportere Dominis suis non tantum bonis, sed etiam dyscolis. Præterea hic Pontifex Episcopos constituit Judices in quæstione, an Principes legitimi sint vel Tyranni (*); non solum vero Episcopos, sed omnes
 Sub-

v. 13.

(*) Fleurius ex Epistola Nicolai Papæ non sensum modo, sed ipsa ferme verba caute reddidit. Tom. V. Conc. Paris. p. 325. Dicit ad hunc locum ipsius Adversarius, quod Papæ verbis maligne sensum affingat, ac si non solum Episcoporum, sed etiam populi esset, judicare, num Principes legitimi sint vel tyranni. Sed somniat. Sincera est Fleurii Reflexio, suamque opinionem ex S. Scriptura clare probat. Quamvis enim Nicolai Papæ mens omnino ita explicanda sit, sicut Adversarius vult, nempe tunc solummodo esse resistendum Principibus, quando contra manifestam Dei Legem quidquam præcipiunt, cum tamen aliqua verba sint ambigua, & ratio addita universalis, in materia usque adeo delicata, Fleurius sine mala fide hanc Reflexionem subjungere potuit.

Sæculum IX. Subditos, quia ratio, quam affert, univer-
 A. C. 864. salis est.

Nic. ep. 45. Cum Franco quoque Episcopus Tun-
 grensis datis ad Summum Pontificem li-
 teris veniam peteret, quod Concilio Me-
 tensi interfuisset & consensisset, Papa ei
 absolutionem per Epistolam decima se-
 ptima Septembris, Indictione decima ter-
 tia, nempe hoc anno octingentesimo se-
 xagesimo quarta datam concessit; quod
 in Concilio Romano illis Episcopis pro-
 miserat, qui ferendæ injustæ sententiæ
 conscii & non Duces fuissent.

§. XXXV.

Rodoaldus Romæ condemnatur.

Nic. ep. 7.p. **R**odoaldus Episcopus Portuensis Romam
 290. cum Imperatore Ludovico redierat,
 tunc temporis, cum Papa in Basilica S. Pe-
 tri quasi obsessus degeret. In illo tu-
 multu Papa Concilium, in quo eum ju-
 dicaret, differendum ratus, cum sibi
 fuisset delatum, Rodoaldum rursus fugæ
 esse intentum, præsentibus compluribus
 Episcopis aliisque viris denunciatur, ei cum
 amicis & servulis Romæ tuto remanere
 licere, & ibi expectare tempus Concilii,
 in quo causam diceret; si vero urbe ex-
 cederet se incio, ipso facto depositum
 & excommunicatum fore. Quo non ob-
 stante Rodoaldus sine licentia abiit, &
 spoliata sua Ecclesia in exteras provin-
 cias

cias fugit. Igitur secundo fugitivum Pontifex pro convicto habens convocata in Ecclesia Lateranensi frequentissima Synodo deposuit, excommunicavitque, addita anathematis comminatione, si cum Photio communicaret, aut Ignatio aliquatenus noceret.

Sæculum IX.
A. C. 864.

§. XXXVI.

Rotadus Romæ absolvitur.

Conjectura est, in eo etiam Concilio Rotadum fuisse restitutum. Quippe Rex Carolus Papæ mandatis obsecutus Rotadum Romam miserat cum Roberto Episcopo Cenomanensi, Regis Epistolas deferente. Episcopi quoque ex ejus Regno Legatos cum Epistolis ad Papam miserant; cum vero ceteræ interierint, Hincmari tamen Epistola ætatem ad nos usque tulit, in qua causam fufe pertractat. *Appellationem Rotadi ad S. Sedem, inquit, non parvi pendimus, sed cum appellasset ad Judices a se ipso delectos, in eum sententiam pronuntiavimus, salvo jure Sacræ Sedis, cui de omnibus rationem reddere tenemur. Absit enim, ut inverecunde ad te omnium Clericorum inferiorum superiorumque causas deferamus, quas Canones & Pontificum Decreta in Conciliis provincialibus definiri jubent. Si autem in quacunque Episcopi causa Canones nihil certi statuunt, tunc*

Ann. Bert.
864.

Hinc. opusc.
17. ap. Flod.
III. hist. c. 12.
to. 2. p. 247.

ad

Sæculum IX. *ad Oraculum, id est, S. Sedem nobis re-*
A. C. 864. *currendum est. Præterea Episcopo in*
Concilio provinciali deposito, nisi ad Ju-
dicēs a se delectos appellaverit, secundum
Concilium Sardicense ad Papam appellare
licet. Soli Metropolitæ non alium Ju-
dicem () quam Papam habent, a quo Pal-*
lium accipiunt.

Quod ad Rotadum pertinet, dicit Hin-
 marus, quod eum diu tolerasset, sæpe
 commonisset, nec prius instituisset ju-
 diciū, quam postquam emendationis
 spes non superfuisset. *Impetravi a Re-*
ge, inquit, ut ei ex consensu Episcopo-
rum pinguem Abbatiam conferret, ubi
quieti se daret. Sed ferunt, Rotadum
ab Episcopis de Regno Lotbarii nobis
inensis, quod nobis in causa Waldra-
dæ eorum sententia non probetur, & ab
Episcopis Germaniæ, ad id excitatis a
Rege suo, cujus consilium fratrem suum
regno spoliandi, quod fecit Rotadus, non
laudavi, impulsū fuisse ad res novas
movendas, & spe lactatum, se a Sacra Se-
de restitui posse. Nunc vero tuis manda-
tis obsequentes a Rege obtinuimus, ut ad

(*) Hæc Regula non constat; quippe etiam
 Metropolitæ Conciliis Provincialibus subicie-
 bantur, atque ipse Hincmarus in causa suæ Or-
 dinationis in Concilio Sueffionensi Episcopo-
 rum judicio se submisit. Sup. L. XLIX. N. VIII.

te mitteretur; sed eum in Ordinem Episcopalem non restitui-
 mus. *Primo, quia prius se in viam dedit, quam Synodus congregari potuisset, quod tamen fuisset necessarium. Secundo, quia Episcopi, qui indignum esse, & ad officia boni pastoris desidiosum non igno- rant, viderent me, crederentque, mentem mihi esse remotam, si de eo restituendo mentionem inferrem. Et post alia: Si eum restitueres, sciens, qualis ejus vita sit, nobis non incumberet rationem reddere animarum, ipsius curæ commissarum, & ego in patientia placida dissimularem, non ignarus, quæ apud nos Sacræ Sedis reverentia esse debeat. Attamen prudentiam tuam non fugit, quod, si id faceres, hac dispensatione contemptum Præpositorum, & libertatem Canones violandi in his partibus foveres. Clerici, & multo magis Sæculares viri nimium heu! judicia nostra vilipendunt, & ea effutiunt, quæ referre, ne displiceam, non licet. Si deinceps quisquam in nostra provincia se reum fecerit delictorum, quæ causis majoribus adnumerari possint, ideoque ad te remitti, monebo peccantem, ne peccati particeps coram Deo fiam. Si se emendaverit, bene est, secus eum ad Judicium tuum dimittam, & si ire recuset, faciet, quod lubebit (*);*

Sæculum IX.
 A. C. 864.

p. 251.

p. 256.

Hincmari ad
 Nicolaum I.
 Epistola.

mea

(*). Quamvis hic Hincmarus plus justo acer-
 Hist. Eccles. Tom. XII, I bus

Sæculum IX. *mea vero liberata erit conscientia. Ab*
A. C. 864. *hæc facienda, inquam, compellar, ne a te*
frequentissime literas accipiam comminatio-
tionibus excommunicationis plenas; quam-
vis Patres doceant, banc pœnam raro &
non sine maxima necessitate esse infligen-
dam. Si autem improborum calumnia
contra nos prævaleant, cur Concilia
provincialia celebrando frustra fatige-
mur?

Ann. Bert.

Cum Rotadus & itineris comites Ita-
 liciæ finibus appropinquarent, Ludovi-
 cus Imperator, Fratri suo Lothario re-
 quior, quam Regi Carolo, transitum de-
 negavit. Itaque Legatis Caroli & Epis-
 coporum satis fuit Papam itineris sui
 causam per occultos nuncios edocere,
 tumque in Franciam redierunt. At Ro-
 tadus, morbum simulans, Vesuntione
 remansit, & post eorum discessum Cur-
 riam se contulit, ubi Regibus Lothario &

bus sit, & malam causam tueri videatur, aliqua
 tamen vera & bona hæc Epistola continet. Mal-
 tis plane incommodis obnoxia est Appellatio.
 Longa plerumque via est ad Judicem superio-
 rem, Judicis Ordinarii Auctoritas minuitur, vi-
 lesunt Judicia Ecclesiastica, moræ neçuntur
 propemodum infinitæ, cumque hoc remedium
 juste æque ac injuste damnati arripiant, sæpe
 necessaria emendatio nimium differtur, & non
 nunquam delicta impunita triumphant.

& Ludovico Germaniæ patrocinantibus Sæculum IX. A. C. 864.
 ab Imperatore licentiam pergendi Ro-
 mam impetravit, quo mense Aprili ex-
 eunte anno 864. pervenit. Postquam Libel. Rot. to. 8. Conc. p. 789.
 per semestre expectasset, nemoque ejus
 accusationem moveret, oblato Pontifici
 Libello injuriam sibi factam exposuit, pe-
 tititque, ut Papa pronunciaret, num legi-
 time appellasset.

Papa ad ineuntem Novembrem Con-
 cilium indixerat, atque omnes Episcopos
 Galliarum, Germaniæ & Provinciæ Bel-
 gicæ (id est, ut mihi videtur, Regni Lo-
 tharii) vocaverat, in quo Depositi-
 o Theutgaudi & Guntharii confirmaretur.
 Item in hoc Concilio de Regis Lotharii,
 & Ignatii Patriarchæ causis agere consti-
 tuerat. Venerunt Theutgaudus & Gun-
 tharius, sperabant enim restitui Ludovi-
 ci Imperatoris patrociniis. Sed abnuit
 Pontifex, quamvis Guntharius non nulla
 pœnitentiæ signa ederet. Ceteri Epis-
 copi Galliæ & Germaniæ excusarunt,
 quod ad hoc Concilium Romanum veni-
 re non possent.

In Vigilia Nativitatis Domini anno Anast. p. 263.
 octingentesimo sexagesimo quarto Sum-
 mus Pontifex, de more in Basilica S. Ma-
 riæ Majoris Sacris operans, ambonem
 conscendit, & Rotadi causam publice ex-
 posuit, summatim referens facta in Li-
 bello contenta, & asserens, etiam tunc,
to. 8. Conc. p. 789.

Sæculum IX. si non appellasset, non requisito consensu
 A.C 865. su Sacrae Sedis non debuisset deponi. (*)

Deinde ex consensu Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, totiusque Concilii edixit, Rotadum, violato appellationis jure depositum, contra quem cum jam longo tempore Romae esset, nemo accusationem attulisset, vestibus Episcopalibus esse ornandum. Eas igitur accipiens Rotadus profitebatur, semper se ad respondendum parti adversae paratum fore. Postquam Papa adhuc dum usque ad diem S. Agneti Sacram vigesimam primam Januarii, anno octingentesimo sexagesimo quinto, rem distulisset, nemine contra Rotadum quidquam movente, is Papae publice in Ecclesia S. Agnetis extra muros Libellum tradidit, quo se ab objectis purgabat, promittens se adversariis suis, quotiescunque vellet, responsurum. Libello coram omnibus perlecto, & Restitutionis Formula recitata, Rotadus consentientibus omnibus in Ecclesia Constantiae, prope S. Agnetem sita, Missae solennia celebravit. Altera die iterum congregatur Concilium, Rotadus objecta diluit, Ordini suo restituitur, & cum Epistolis Papae ad Sedem

to. 8. Conc.
 p. 791.

(*) Plurimos Episcopos in Conciliis, priusquam S. Sedes consuleretur, fuisse depositos Historia Ecclesiastica haecenus docuit.

dem suam remittitur, ea conditione, ut, Sæculum IX.
A. C. 865.
si denuo accusaretur, coram Sacra Sede
respondere teneretur.

§. XXXVII.

Epistola Papæ in Franciam missa.

Pontifex cum Rotado misit in Franciam
Arsenium, Episcopum Hortensem in
Hetruria, tum ut eum restitui curaret,
tum ut Regem Lotharium ad relinquen-
dam Waldradam compelleret, & inter
Reges Francorum pacem foveret. Huic ep. 40. 41. 43.
44.
Legato complures Epistolæ Rotado fa-
ventes commissæ, quarum una mense Ja-
nuario, Indictione decima tertia, nem-
pe anno octingentesimo sexagesimo quin-
to, data nos docet, ceteris omnibus sine
dubio eandem diem fuisse appositam.
Memoratu autem dignior nulla est, illa,
quam Pontifex ad omnes Episcopos Gal-
liæ direxit; in ea enim loquitur in hunc
modum: *Nimis namque absurdum est* p. 798.
quod dicitis, Rotadum, qui ad Judicium
Sedis Apostolicæ provocavit, iterum mu-
tata voce vestra judicia postulasse. Quod
etiamsi fecisset, a vestra fuerat Fraterni-
tate corrigendus, & docendus, quod a ma-
jori ad minoris Auctoritatis provocas-
set judicium. Etsi vero Sedem Aposto-
licam nullatenus appellasset, nihilominus
contemptis tot Decretalibus Antecesso-
rum nostrorum, Episcopum inconsultis

Sæculum IX. nobis deponere nullo modo debuistis. S
 A. C. 865. enim Pontificum iudicio aliorum Doctro
 rum Scripta vel approbantur, vel reprobantur, quanto maiorem reverentiam esse oportet eorum, quæ ipsi ad confirmandam Doctrinam, vel conservandam Disciplinam scripserunt? Quidam vestrum dicunt, illas Pontificum Decretales Epistolas in Codice Canonum non contineri, cum ipsi, ubi illas suæ sententiæ suffragari conspiciunt, iisdem sine discrimine tractantur, & solum ad imminutionem potestatis Sedis Apostolicæ minus acceptas esse perhibeant. Porro si ideo has Pontificum Epistolas non esse admittendas dicunt, quia in Codice Canonum non habentur adscriptæ; ergo nec Gregorii Sancti, nec priscorum Patrum, nec ipsius S. Scripturæ Doctrina recipienda est. Deinde ex auctoritate S. Leonis & S. Gelasii probat, generatim omnes priscorum Pontificum Decretales esse recipiendas.

p. 801.

Tum prosequitur: Sed dicitis, iudicia Episcoporum non esse maiora negotiorum. At nos horum merito iudicia negotiorum maiora dicimus, quod gradu sint præcipui, & in Ecclesia Christi ceteris sublimiores. Ipsi quippe primi in Ecclesia, Speculatores Civitatis Dei, Pastores gregis Dominici, ipsi columnæ Domus summi Regis existunt.

Tantum

Tantum Elogium Dignitatis Episco-
 palis in ore Pontificis, suam animose de-
 fendentis, notari meretur. Tum sub-
 jungit: *An majora negotia Metropolita-*
novum tantum esse dicetis? sed alterius
Ordinis quam Episcopalis non sunt;
unde nos non minoris numeri, nec alte-
rius famæ accusatores, testes vel iudices
quærimus in negotiis Episcoporum, quam
in causis Metropolitanorum. Unde tam
illorum quam istorum negotiorum nobis
exitus reservari merito volumus. Et
inferius: Neque enim tam stolidus, pu-
to, poterit inveniri, qui ceteris Eccle-
siis privilegia servari, & soli Romanæ
Ecclesiæ adimi debere perhibeat. Tan-
dem Nicolaus Papa Episcopos Rotadum
benigne recipere & Sedi suæ restituere
jubet.

Hæ Decretales, quas Papa tanto fer-
 vore defendit, sunt Collectio Isidori Mer-
 catoris. De his suo loco egimus, eas-
 que falsas esse omnes noverunt. Illud
 verum est, quod clare statuunt, Episco-
 pos a nemine nisi a Sacra Sede absolute
 judicari posse. Verum etiam est, quod
 ex eo capite rejici non potuissent, quia
 in Codice Canonum non essent. Sed
 examinandum fuisset, an revera ab illis
 Pontificibus, quorum nomina præfere-
 bant, editæ essent, quod Criticæ artis
 ignorantia illa ætate non permittebat.

Sæculum IX. In rei summa Episcopi Franciæ, quod
A. C. 865. verum erat, affirmabant, & Lector ex om-
 nibus, quæ hucusque in ista Historia
 legit, dispicere potest, an aliud, præter
 Concilium provinciale, ad judicandos
 Episcopos Tribunal ordinarium exti-
 terit.

Nic. ep. 25. Arsenius præterea quasdam alias de-
Et ibi Sirm. ferebat Epistolas. Una data erat ad Re-
 gem Carolum, in qua Papa cumhorta-
 batur, ut cum Imperatore nepote suo
 pacem haberet, & Regnum fratris ipsius,
 Regis Caroli junioris ante biennium fa-
 ctis functi, eripere non tentaret. Alia
 Epistola eadem de causa data erat ad E-
 piscopos Regni Caroli Calvi. Rogabat
 Papa, ut suo hortatu Regem ad servan-
 dam juramenti fidem permoverent, ad-
 dens hæc verba memorabilia: *Ne Im-*

Nicolaus Pa-
 pa ad Episco-
 pos.

ep. 26. p. 401.

*perator macharæ usum, quem a Petri
 Principis Apostolorum Vicario contra
 Infideles accepit, cogatur in Christi Fi-
 deles convertere. Sinatur gubernare re-
 gna ad ipsum devoluta per jus hæredi-
 tarium, auctoritate Sacræ Sedis confir-
 matum, & per coronam e Summi Pon-
 tificis manu capiti ejus superpositam. Vi-
 demus, quod Papa ex Cæremoniis Co-
 ronationis Cæsareæ & traditione gladii
 argumentum trahere voluerit. Tum
 comminatur Dei vindictam omnibus, qui
 Imperatorem armis laceffere ausi fuerint,
 seque*

*Pont. Rom.
 de Cor. Reg.*

seque ipsum Principi, quantum valeret, Sæculum IX.
opem laturum denunciat. A. C. 865.

Quod spectat ad causam Regis Lotharii, Papa datis ad Episcopos regni eius literis hortatur, ut Regem vigore Sacerdotali corriperent, ad Waldradam ejiciendam compellerent, & comminarentur, a Communione ipsorum excludendum, nisi obsequeretur. Præterea vult, ut Arsenio omnia consilia communicent. Adonem quoque Archiepiscopum Viennensem ad id ipsum exhortatur data Epistola, in qua initio dicit, Concilium, quod Romæ celebrare animo constituisset, locum non habuisse, quia Episcopi ex Francia, quamvis illud expetiissent, non venissent. Nempe, istud Concilium non ita frequens fuit, ac Papa speraverat, constat enim, quod sub finem anni superioris Romæ Concilium celebraverit, in quo Rotadus fuerat restitutus. Diluit deinde sparsum rumorem, quasi Theutgaudum & Guntharium restituisset, & in fine adjicit: *Porro illud risu dignum in tua Epistola visum est, quod dicas: hujus latorem esse Comitis Gerardi Presbyterum. An forsitan hic Comes eum sibi Presbyterum ordinavit, & Diæcesim habet? Ordinantur Presbyteri pro Ecclesiis in Civitate vel ruri positis, vel pro Monasteriis, sed nunquam pro domibus Laicorum. Sed & bunc for-*

Ep. 10. to. 8.

Cons. p. 494.

Sæculum IX. *te ab usum, cum in Concilio convenerimus,*
 A. C. 865. *tollemus.* Ex his verbis dispicimus, tunc
 necdum consuetudinem obtinuisse, qua
 Clerici, nulli Ecclesiæ addicti, ordinan-
 tur.

Arsenio in itinere constituto, circa
 festum Paschale, quod hoc anno octin-
 gentesimo sexagesimo quinto in vigesi-
 mam secundam Aprilis incidebat, Nico-
 lao Papæ redditæ sunt Epistolæ duorum
 Regum Ludovici & Caroli, excusantium,
 quod Episcopos suos ad Concilium Ro-
 manum celebrandum non misissent. Ex
 responsis dispicitur, has excusationes Pon-
 tifici non satisfacisse; illud vero minime,
 quod Rex Carolus scripsisset, plerisque
 Episcopis regni sui cum ceteris subditis
 diu noctuque vigilandum esse, ne a præ-
 donibus maritimis (nempe Normannis)
 inermes opprimerentur. *Militum se-
 cularium est, inquit, ad arma prorumpere,
 Episcopos vero orationi vacare oportet.*

Epistola ad
 Reges.

Et infra: *Dicitis, vos commonuisse
 Lotharium, eumque vobis sæpe respondisse,
 Romam se venturum, & sui conjugii
 causam nostro arbitrio commissurum.
 Id ipsemet nobis etiam per Legatos Impe-
 ratoris significari iussit; sed interdixi-
 mus & omnino interdiximus, ne talis
 qualis nunc est, iter ad nos arripiat.
 Huc usque conversionem ipsius præstolati,
 censu-*

cenfuram in eum publicam ferre distulimus, ne sanguis effunderetur, & exci-
tarentur bella, si autem elatus fuerit, &
nostris vestrisque monitis obedire neglexe-
rit, talis habendus est, qualem illum per
Epistolam nostram Rodoaldo olim Epis-
copo & Joanni Episcopo missam nos
habere jam cognovistis. Id est, esse ex-
communicandum. Jubet deinde Papa,
ut alium Episcopum Coloniae Guntha-
rio, & Cameraci Hilduino sufficiant. U-
bi etiam aliquis, nomine Joannes, ordi-
natus est. Tum Pontifex subjungit:
Hæc autem nostra Epistola ideo more so-
lito scripta non est, quia & Legatus ve-
ster expectare non potuit, & Scrinia-
riis nostris ob Festa Paschalia aliis of-
ficiis occupatis uti non licuit. Nempe
hi Scriniarii Clerici erant, quibus in Ec-
clesia ministrare incumberebat.

Illo quoque tempore, postquam Ar-
 senius discessisset, Nicolaus Papa respon-
 sa dedit ad Arduicum Archi-Episcopum
 Vesuntionensem, qui Pontificem de va-
 riis Disciplinæ articulis consuluerat. In
 exordio laudat ejus obedientiam & ob-
 servantiam in Sacram Sedem, tum Re-
 gulas sequentes tradit. Qui duas foro-
 res duxerint, aut quæ duos fratres, ad
 alias nuptias transire nunquam possint,
 & non prius quam in articulo mortis po-
 siti reconcilientur. Omnes, qui matri-
 monio

Sæculum IX.
 A. C. 865.

to. 12. Spicil.
 p. 42.

c. 1.

c. 2.

Sæculum IX. monio ex causa affinitatis illicito impli-
 A. C. 865. citi fuerint, aliud inire non valeant, nisi
 ex indulgentia, si juvenes sint.

- c. 4. Episcopus a Clericis, primoribus Ci-
 vitatis consentientibus, Canonice electus
 c. 5. iterum rejici non potest. Chorepiscopi
 Ecclesias consecrare, aut Confirmatio-
 nem solis Episcopis conservatam confer-
 re non possunt. Presbyter semel lapsus
 c. 6. Ordinis sui Ministerio restitui nunquam
 potest.
 c. 7. Qui propinquum occidit, usque ad
 mortis tempus excommunicatus sit. Ju-
 bet Papa, ut Archiepiscopus alias quæ-
 stiones dubias, si quas habet, Arsenio Le-
 gato suo proponat.

§. XXXVIII.

S. Anscharii obitus.

Sup. Lib.
XLIX.

vit. S. Ansch.
n. 64. to. 6.
Act. Ben.
p. 110.

Ubi ad Italiæ fines pervenit Arsenius,
 iter profecti statuit per Germaniam,
 quæ, antequam illam attingeret, splen-
 didissimum lumen suum, S. Anscharium
 Archiepiscopum Hamburgensem & Bre-
 mensensem amisit. Is per sex annorum
 spatium, postquam illæ Ecclesiæ junctæ
 fuissent, luce fruens, gregi suo regendo
 assiduis laboribus incumberebat. In suis
 sermonibus ad populum terroribus blan-
 dimenta miscebat; hac quippe gratia
 in verbis & vultu admirandus erat, ut
 peccatoribus potentibus & divitibus,
 maxime

maxime tamen contumacibus & proter-
 vis terribilis appareret, eum vero me-
 diocri fortis homines quasi fratrem com-
 plecterentur, & pauperes quasi patrem
 piissimo affectu venerarentur. Quam
 largus in eleemosynis dandis fuerit, ne-
 mo facile enarraverit. Bremæ Hospi-
 tium condidit, ubi ægrotantes suscipie-
 bantur, & peregrini divertebant. Ana-
 choretas sive viros sive feminas sæpe in-
 visebat, & necessariis subsidiis adjuva-
 bat. Tempore Quadragesimæ quatuor
 pauperes quotidie alebat, cumque Paro-
 chias circuiret, antequam ipse ad con-
 vivium accederet, ministrabat paupe-
 ribus.

Sæculum IX.
 A. C. 865.

n. 61.

Anscharius maxima charitate impul-
 sus captivos redimebat. Nordalbingi,
 etsi essent Christiani, non nullos miseros
 captivos, qui apud Barbaros affligeba-
 tur, cum inde effugerent, sibi subicie-
 bant, vinculis premebant, aut iterum a-
 liis dominis venundabant. Cum igitur
 hæc crudelitas ad notitiam S. Viri per-
 venisset, & propterea multum angere-
 tur, quoniam in hoc nefando scelere,
 qui potentissimi & nobilissimi habeban-
 tur, irretiti erant, quadam nocte visio-
 ne, quam e Cælo venire credidit, exci-
 tatus, ad illum populum profectus est.
 Et ecce! tantum per Dei gratiam con-
 tumacibus terrorem incussit, ut miseri illi,
 ubi-

n. 66.

Sæculum IX. ubique venditi fuerant, quærentur, & libertate donati dimitterentur.

A. C. 865.

n. 67.

S. Præsul dono miraculorum quoque inclaruit, nam permultos ægrotos oratione & unctione olei sanavit. Cum vero de hujusmodi virtutum signis aliquando coram eo fieret sermo, ipse cuidam suo dixit familiari: *Si dignus essem apud Deum meum, rogarem quatenus unum mihi concederet signum, videlicet ut de me sua gratia faceret bonum hominem.*

n. 57.

Vitam omnium Sanctorum imitari studuit, specialius tamen Beati Martini. Cilicio ad carnem non solum in die, sed etiam in nocte usus est. Porro quousque

n. 58.

juventutis aliquatenus potitus est robore, persæpe nihil nisi panem in pondere, & aquam in mensura sumebat, maxime quamdiu solitudine ei uti licitum erat in quadam cellula, quam sibi extruxerat, ut ibi quiescere, & cum a Ministerio Pastoralis vacaret, libere flere liceret. Jam vero postquam senuit, & a cibo sicut ante abstinere non potuit, potus tamen ei semper aqua fuit, & abstinentiæ defectum eleemosynis supplevit.

Vita S. An-
scharii.

n. 59.

Ut devotionem sibi in Dei amore acueret, collegit plurimas ex S. Scriptura sententias, quibus magnos codices implevit per notas scriptos. Inde ad finem cujuslibet Psalmi oratiunculas aptavit, quales hodieque in veteribus Psalteriis

riis

riis videre est. Singulis diebus mane Missas quatuor se præfente celebrari jubebat, dum ipse officium divinum recitaret, & nihilominus Missam solemnem hora competente cantabat, nisi per ægritudinem impediretur. Sæpe Psalmos recitans manibus suis laborabat, & retia texebat.

Sæculum IX.
A.C. 865.

n. 68.

S. Ansharius semper speraverat, se martyrio potius, quam corporis infirmitate consummandum; cum igitur acriter cœpit laborare & ad mortem urgeri, tristis admodum factus, ob peccata sua hac spe frustratum se credidit. Corporis morbus fuit dysenteria jugis per quatuor menses, qua ita extenuatus est, ut vix hæreret ossibus. Summa autem

n. 68.

fuit S. Viri patientia. Et exinde sollicitus quæque in Diœcesi sua cœpit disporre. Insuper privilegia Apostolicæ Sedis, quæ Legationis suæ causa acceperat, in multis libellis jussit describi, & ad omnes fere Domini Ludovici Regis Episcopos dirigi. Ipsi quoque Regi Ludovico exemplaria tradi curavit, rogans, ut ea executioni dari mandaret. Cum se morti proximum sentiret, in Vigilia Purificationis prima Februarii anno octingentesimo sexagesimo quinto, tres grandes cereos fieri jussit, atque unum accendi ante Altare S. Mariæ, alterum ante Altare S. Petri, tertium ante Altare S. Joannis Bapti-

n. 69.

n. 70.

Sæculum IX. Baptistæ, optans, ut ipsi eum de corpore
 A. C. 865. suscipere egredientem. Illucescente
 Festivitate die Missas, sicut quotidie so-
 liti fuerant, cuncti qui adfuere Sacerdo-
 tes, pro ipso celebrarunt. Jussit vir
 Sanctus ad populum sermonem haberi,
 & nihil eadem die gustavit, donec publi-
 ca fuisset finita Missa. Qua celebrata,
 cum parumper comedisset & bibisset,
 per omnem diem studiosius suos commo-
 nere, & ad Domini servitium accendere
 conatus est, nunc oratione ad omnes,
 nunc ad quosdam sigillatim directo. Ma-
 xima tamen ejus cura & sollicitudo de
 sua Legatione ad gentes fuit. Fratri-
 bus, qui aderant, Litaniam & Psalmos ex
 more pro ejus exitu decantantibus, vo-
 luit, ut etiam hymnum: *Te Deum lau-*
damus adjungerent & Fidem Catholicam,
 quæ S. Athanasio tribuitur. Cum illu-
 xisset, omnibus Sacerdotibus Sacra Mis-
 sarum solemnia pro eo celebrantibus,
 Dominici Corporis & Sanguinis Commu-
 nione percepta elevatis manibus preca-
 batur, ut quicumque in eum quoque
 modo peccasset, ei hoc Pietas divina di-
 mitteret, & versiculos Psalmorum fre-
 quentius repetens, spiritum exhalavit,
 tertia Februarii, anno octingentesimo se-
 xagesimo quinto, annos natus sexaginta
Ad lib. I. c. 27 quatuor, ex quibus triginta quatuor in
 Epis-

Episcopatu transegerat. Eadem, qua obiit, die Ecclesia ejus memoriam colit.

Sæculum IX.
A.C. 865.

§. XXXIX.

Mart. Rom.

S. Rembertus Archiepiscopus Bre-
mensis.

3. Febr.

Sancti Anscharii vitam scripsit S. Rembertus ejus Discipulus & Successor.

vit. S. Remb.
n. 3. to. 6. Act.

S. Anscharius quadam die in suo Monasterio Turholtensi commorans prope Brugas, aspexit pueros ad Ecclesiam inter jocos & inanes discursus festinare; unus autem inter ceteros pæne minimus graviter incedens & pueriles levitates devitans Orationem cum reverentia & timore peregit, surgensque signo crucis frontem munivit, & quasi maturioris esset ætatis, suam per omnia continentiam exhibuit. Mox S. Episcopus accitis ejus parentibus, & nomen pueri, quod Rembertus vocaretur, edidicit, & consensu eorum accepto Tonsuram ei contulit, & Ecclesiasticum habitum imposuit. Sicque eum in illo Monasterio paterna sollicitudine commendans studiose erudiri præcepit. Eum deinde ad se evocatum, Discipulorum charissimum, rerum suarum omnium conscium habuit. Is etiam S. Anschario Magistro suo morienti adstitit, quo jubente preces, quas ille amissis viribus non poterat, pronuntiavit.

B. p. 473.

n. 9.

Hist. Ecclesiast. Tom. XII.

K De-

Sæculum IX.

A. C. 865.

n. 10.

v. 11.

Adam. lib. 14
c. 28. s. 32.

Denique cum S. Anſcharius extrema infirmitate decumberet, & ab eo confilium quæreretur de Succeffore ejus eligendo, præſertim quid ipſi de Remberto videretur, reſpondit, quod hoc decernere ſui quidem miniſterii non ſit, *de meritis tamen, inquit, Remberti ſcitote, digniorem ipſum Archiepiscopali, quam me Subdiaconatus officio eſſe.* Triduo autem ante obitus ſui diem Remberto aperuit, ipſum poſt ſe ad Pontificatus apicem promovendum. Id eventus confirmavit, nam ipſo mox die deſiſtionis S. Anſcharii Rembertum omnes concordés elegerunt. Igitur cum Electionis Decreto ad Regem Ludovicum a Thiadrico Eccleſiæ Mindenſis Epifcopo, & Adalgaro novæ Corbejæ Abbate adducitur, & ab eo honorifice ſuſcipitur, qui etiam novo Epifcopo juxta morem tradidit Baculum (*) in ſignum, quod poſſeſſionem Epif-

(*) Ecce, hic Exemplum Inveſtituræ cum Baculo, & quidem, ut verba ſonant, juxta morem; quæ res ſequentibus ſæculis tantorum juſtiorum cauſa extitit.

Ad hunc locum in Actis SS. Benedic. Edit. Venet. in vit. S. Remb. ſubjungitur ſequentis Annotatio, quam exſcribere, operæ pretium eſſe ſeputo. *Hæc verba in gratiam Imperialis Inveſtituræ intruſa fuiſſe tempore Henrici IV. cenſe-*

Episcopatus acciperet. Gregorius IV. Sæculum IX.
A. C. 865.
 Papa, cum illam Sedem erigeret, mandaverat, ut interim Principis curæ Ordinatio Archiepiscopi Hamburgensis committeretur, donec numerus Suffraganeorum Episcoporum, quibus eum consecrare per Canones competit, ex gentibus converfis suppleretur. Hinc Ludovicus Rex Rembertum ad Liutbertum Archiepiscopum Moguntinum misit, qui eum ordinavit, adhibens Consecrationis adjuutores Liudhardum Paderbornensem Episcopum, Suffraganeum suum, & Thiadricum Mindensem, Archiepiscopi Coloniensis Suffraganeum. Quos permixtim adesse idcirco placuit, ut neuter istorum Archiepiscoporum jus ordinandi Hamburgensem sibi assereret.

Ceterum Carolo Archiepiscopo Moguntino quarta Junii anno octingentesimo sexagesimo tertio fatis functo Liutbertus eodem anno vigesima nona Novem-

Ann. Fuld.
863.

K 2 vem-

set Henschenius, hac maxime ratione ductus, quod in primariis Ecclesie Hamburgensis & Bremensis Privilegiis nullum hujus rei vestigium apparet. Et tamen Adamus, Henrici æqualis, hæc privilegia pro investitura Imperiali laudat his verbis cap. 28. Pallium Rembertus Pontificale suscepit a Papa Nicolao, ferulam pastorem a Cæsare (scribendum Rege) Ludovico, sicut in privilegiis dignosci potest.

Sæculum IX. vembris successerat, qui hanc Cathedram
 A.C. 865. annis viginti quinque tenuit.

n. 12.

Rembertus olim voverat, defuncto
 Anshario statim vitam monasticam amplecti; unde ex consilio consecrantium se Pontificum mox post Ordinationem ad Monasterium novæ Corbejæ properans, habitum suscepit, & Regulam S. Benedicti observaturum se promisit, in quantum labor & occupatio suscepti Pontificatus permitterent. Cumque in Monasterio degere non posset, petiit socium, a quo Regulæ usum disceret. Ergo ei Diaconum, nomine Adalgarium, germanum videlicet & cognominem ejusdem Monasterii Abbatis dederunt. Sedit Rembertus in Cathedra Hamburgensi annis viginti tribus, præbens exemplum omnium virtutum, quæ verum monachum constituunt, ea perfectione, ac si in Monasterio perseverasset.

§. XL.

Arsenius Legatus in Francia.

Ann. Fuld.
 865. 866.

Arsenius Legatus Francofordiam mense Junio anno octingentesimo sexagesimo quinto perveniens, honorifice excipitur a Rege Ludovico, cui Epistolas Pontificis reddidit. Tunc statutum, ut Reges Ludovicus, Carolus, & Lotharius Coloniae congregarentur, ubi de conservanda pace agerent.

Inde

Inde Arsenius Gunterivillam ad Re-
gem Lotharium profectus tam ipsi quam
Episcopis & Optimatibus tradidit Epi-
stolas, quæ ei excommunicationem mi-
nabantur, nisi ejecta Waldrada Theut-
bergam reciperet. Tunc vero illa aucto-
ritate, qua Summus Pontifex si adfuisset,
Episcopos convocat, ipsisque præsentibus
Regi denunciat, jam alterutrum sibi
esse eligendum, vel uxorem suam reci-
pere, vel hac hora excommunicari. Rex
inter malleum & incudem positus, pro-
misit invitus, se uxorem recepturum.
Tum Arsenius in Neustriam pergens cir-
ca medium Julii Attiniacum pervenit,
ubi redditis Regi Carolo Papæ Epistolis,
Rotadum quoque Episcopum, Roma ad-
ductum obtulit, qui in Sedem suam Sues-
sionensem, secundum mandata Pontificis,
eo facilius restitutus est, quod illum, qui
ipsius locum tenuerat, interea mors ab-
stulisset.

Eadem die, Arsenio negotium urgen-
te, Theutberga Regina Archiepiscopis
Regni Lotharii traditur, & ad eundem
Principem reducitur. Quippe Hugo
Theutbergæ frater anno superiore 864.
interemptus fuerat a militibus Ludovici
Imperatoris, quo invito Abbatiam S. Mau-
ritii, aliasque amplissimas ditiones occu-
pabat, atque eo sublato Theutberga rur-
sus ad præsidium Regis Caroli convo-
lans,

Sæculum IX.
A.C. 865.*Ann. Bert.*
865.*Ann. Met.*
866.*Hincm. in*
laud. c. 5.
*p. 401. & 405**Ann. Bert.*
864.*Ann. Meten.*

Sæculum IX. A. C. 865. Ians, ab eo Abbatiam Avenacensem in Diœcesi Rhemenſi poſitam acceperat. Igitur illa ad Lotharium reducta, & Arſenio quoque ad ejus Regiam reverſo, duodecim Comites nomine Regis juramenti fide ſe adſtrinxerunt, ipſum deinceps Theutbergam apud ſe iis modis, quibus legitimam uxorem deberet, ſub pœna excommunicationis in hac vita, & damnationis in altera, habiturum. Rex etiam Waldradam iter Romam ingredi juſſit, ubi de factis ſuis rationem redderet.

*Nic. ep. 58.
p. 453.*

*Arsenius in
Francia,*

Cum deinde Lotharius, ad foedera cum Carolo patruo ſuo renovanda, Attinacum veniſſet, Arſenius quoque illo reverſus, vulgavit Papæ Epistolam, qua niſi reſtituerent, omnibus diris devovebantur fures, qui ante annos aliquot eidem Arſenio magnam pecuniæ ſummam abſtulerant. Item Ingeltrudem Boſonis uxorem excommunicatam iterum promulgavit. Præterea nomine S. Pontificis prædii Wandoverani, a Ludovico pio Imperatore S. Petro donati, & a quodam Comite, cui nomen Guido, per complures annos occupati poſtliminio poſſeſſionem adiit. Itaque Arſenius omnibus, quæ in mandatis habebat, a Rege Carolo impetratis Gunterivillam reverſus, ibi per aliquot dierum ſpatium Waldradam præſtolatus eſt.

est, quam in Italiam deducturus erat. Sæculum IX.
 Tumque in Die Assumptionis Sanctæ Vir- A. C. 865.
 ginis Sacra Missæ solemnia, præsentibus
 Lothario & Theutberga cultu regio at-
 que coronis fulgentibus, celebravit.

Cum Waldrada iter ingressus per
 Germaniam & Bavariam, patrimonia
 S. Petri in illis regionibus sita recuperan-
 di causa commeavit. Wormatiæ vero *Ann. Met.*
 diversanti, quo Regi Ludovico colloca- *866.*
 turus iverat, Ingeltrudis se obtulit, &
 terribili juramento se obligavit, se Lega-
 tum Romam secuturam, & quidquid Pa-
 pa imperasset, facturam. Sed en, mu-
 lieris levitatem! cum iter facientem us-
 que ad Danubium, nobilissimum flu-
 vium, fuisset comitata, dixit, ad quem-
 dam propinquum sibi esse divertendum,
 a quo equos necessarios acciperet, se
 autem Augustæ Vindelicorum Legato
 iterum præsto futuram. Sed fidem fal- *to. 8. Conc.*
 lens in Franciam reversa est. Quo com- *p. 493.*
 perto Arsenius, Epistola ad omnes Epis-
 copos Galliæ & Germaniæ data, nomi-
 ne Pontificis prohibuit, ne hanc mulie-
 rem in suas Dioceses reciperent, præ-
 cepitque, ut eam excommunicatam de-
 nunciarent, nulla habita ratione absolu-
 tionis, quam a se acceptam exhibere pos-
 set. Sed nec Waldrada fidem religio-
 sus servavit, nec Romam ivit. Hic
 Legationis Arsenii successus fuit.

Sæculum IX.
A. C. 865.

§. XLI.

Epistola Papæ ad Michaellem Imperatorem.

Inter hæc Nicolaus Papa Legationem Constantinopolim adornans, Epistolam ad Michaellem Imperatorem mittendam concinnaverat, paterna suavitate & charitate plenam, cum Michael Imperatoris Protospatharius Indictione decima tertia, nempe anno 865. Romam pervenit, afferens Domini sui litteras, injuriis & minis contra Papam refertas, quibus Sententiam contra Photium latam revocari urgebat. Acceptis his litteris Papa stilum mutare coactus per eundem Protospatharium Indictione decima quarta, id est, sub finem ejusdem anni octingentesimi sexagesimi quinti aliam misit epistolam, in qua omnes articulos epistolæ Imperatoris repetit, & refutat.

Nic. ep. 8.
ep. 346.

ep. 70.
470.

ep. 8.

Convitiis, quibus initium epistolæ repletum erat, Nicolaus Papa opponit preces, postulans a Deo, ut sibi in hac epistola dicenda suggereret, & Imperatori docilitatem bonamque mentem inderet. Monet, quanta reverentia Sacerdotio exhibenda sit, dicitque: *In Vicariis S. Petri attendere non debes, quales ipsi sint, sed quid pro Ecclesiarum emolumento & tua salute faciant; non enim, ut reor, dixeris,*

xeris, peiores esse Scribis & Phariseis (*), Sæculum IX.
 quibus obedientiam præstari Dominus præ- A. C. 865.
 cipiebat, quod in Cathedra Moysis sede- Matth. 23, 2.
 rent. Dicis, a tempore Sextæ Synodi nul- p. 269.
 li Antecessorum nostrorum obtigisse hono-
 rem,

K 5

(*) Hæc veritas, quam Nicolaus Papa Michaeli Imperatori suggerit, Protestantibus, quales sunt Cave, D. Mosheim, & noster Interpres Fleurii, si adhuc vivit, supervacua infania in abusus Romanæ Ecclesiæ & SS. Pontificum vitia debachantibus, sex centies inculcanda est, & docendi sunt excellentissimas regulas, quas tradit Clarissimus Theologus Eusebius Amort in Ethic. Christ. Part. IV. in hunc modum: *Quando Ecclesia scinditur Schismate, recedendum ab ea Parte, quæ manifeste negat articulum jam ab anteriori Concilio generali præstabilitum, v. g. Superioritatem Sedis Apostolicæ Petri Romæ, prout fecerunt Ecclesiæ Græcæ Orientalium, & Ecclesiæ Protestantium. Eo ipso namque se abscindunt a Corpore Hierarchico Ecclesiæ. Item ita ratiocinari deberent docente eodem Auctore: Deus in signum veræ Ecclesiæ tenetur eam reddere evidenter credibiliorem cæteris. Sola Romana Ecclesia est credibilior cæteris antiquitate, sanctitate, universalitate, Doctorum virtute & pluralitate, donorum supernaturalium claritate, Ordinis Hierarchici continua Successione. Tandem hos Protestantes discere oportet Regulam sequentem ejusdem Clarissimi Theologi: Si exurgant tentationes ob varias narra-*

Sæculum IX. A. C. 865. *rem, qualis mihi exhibetur, cum mihi scribis. Id ipsum Antecessoribus tuis prouidendum, quod tot annis variis Hæresibus apud ipsos grassantibus non quæsiuerint remedium, & ab Ecclesia Romana oblatum rejecerint. Inde etiam ex illo tempore paucissimi Imperatores Catholici extiterunt, Hæretici autem non ignorabant, nullam nobis cum ipsis communionem esse posse. Et quotiescunque ad communionem redire tentarunt, turpem repulsam tulerunt; quod utinam etiam Ecclesia Constantinopolitana fecisset! Imperatores uero Orthodoxi auxilium nostrum ad defendendam Fidem quæsiuerunt, quod ex Concilio sub Constantino & Irene & compluribus epistolis ad Leonem & Benedictum Antecessores nostros datis dignoscitur.*

Conqueritur deinde, quod Imperator jactet, se quidquam Episcopo Romano

*narrationes vel praxes in Ecclesia (Romana) reperibiles, quæ videntur fabulosæ, absurdæ, superstitiosæ, falsæ, sapientes merum quæstum, avaritiam, Simoniam, fraudem, Hypocrysin, Judæismum, simplicitatem popularem, Dominatum profanum, abusum potestatis Sacræ, somnia muliebria, corruptionem generalem, generose actus fidei in Jesu Christi uerba: & portæ inferi non præualebunt, * eliciendus est, & a Doctrina atque Communione Ecclesiæ Romanæ-Catholicæ, quæ sola una est & cognoscibilis, non descedendum.*

*Matth. 16.
18.

no præcepisse, cum tamen Imperatores Sæculum IX.
superiorum temporum Summos Pontifi- A. C. 865.
ces hortari & rogare consuevissent. Tum p. 298.
addit: *Barbara tibi videtur lingua lati-
na; ideo forsitan quod ejusdem ignarus sis.* Nicolaus Pa-
Sed vide, ne ridiculum te ipsum facias, pa ad Mi-
dum te appellari vis Imperatorem Roma- chaelem Im-
norum, quorum linguam ignoras. Cur peratorem.
ergo eam ex palatio tuo & Ecclesiis non
amandas? quippe ferunt, Constantinopoli
in Stationibus Epistolam & Evangelium
prius latine quam græce legi.

*Dicis, non petiisse te Legatos Roma-
nos ad Ignatium secundo judicandum. Sed*
*eventus contrarium probat, cum eum ite-
rum judicari jussisti. Nos Legatos nostros eo*
solum consilio miseramus, ut in ejus causam
inquirent. Si ergo, ut dicis, judicatus
*fuerat, cur eum, prohibente Scriptura, Nahum. 1.
iterum judicari voluisti? at nemo est, qui*
non videat, vos, cum prioris judicii labem
*bene cognosceretis, eam Legatorum no-
strorum præsentia & auctoritate abster-
gere voluisse. Deinde Papa, nullum esse*
*secundum contra Ignatium judicium fu-
sissime ex eo demonstrat, quod Judices fu-
issent adhibiti, alii suspecti, alii hostes ma-
nifesti, alii excommunicati vel depositi,
alii conditione inferiores. Probat, ejus-
modi personas conditionis inferioris, se-
cundum VI. Canonem Concilii II. Oecu-
menici Constantinopoli anno trecentesi-
mo*

to. 2. Conc.
p. 947.

Sæculum IX. mo octogesimo primo celebrati, ne qui-
 A. C. 865. dem ad Episcopum accusandum admitti
 posse. Cautè vero adnotat, hujus Con-
 cillii Canones ab Ecclesia Romana non
 esse receptos. Affirmat, vix aliquem ex
 Episcopis Constantinopolitanis sine con-
 sensu Papæ depositum in Actis superio-
 rum temporum occurrere, ejusque rei
 complura exempla affert.

p. 309.

p. 301.

Epistola ad
 Michaellem
 III.

Can. 9. Sup.
 l. XXVIII.
 §. 29.

Tum prosequitur: Dicite, quæsumus, ubinam legistis, Imperatores Antecessores vestros Synodalibus Conventibus interfuisse? nisi forsitan in quibus de Fide tractatum est, quæ universalis est & communis, quæ non solum ad Clericos, verum etiam ad Laicos & omnino ad omnes Christianos pertinet? Tu vero non solum Synodo in causa Sacerdotis collectæ interfuisti, sed etiam aliquot Sæcularium millia ad videndum ejus opprobrium aggregasti. Deinde producitur accusator ex Imperialibus ædibus, dantur Judices suspecti & mercenarii, Superior & Major, judicio minorum submittitur, cum nec in causa Clericorum inferioris gradus contra Episcopos unius Episcopi judicium non sufficiat, sed juxta Canones Calcedonenses Concilio opus sit. Et post aliqua interjecta: Illud autem videre libuit, quod ad majorem auctoritatem huic Concilio conciliandam dicas, æqualis numeri cum Sancta olim Synodo Nicena fuisse. Cur non etiam hunc

con-

conventum septimam vel octavam Syno- Sæculum IX.
 dum Oecumenicam vocitas? Numerus A. C. 865.
 pusillus nec obest, ubi abundat pietas, nec
 multiplex prodest, ubi regnat impietas.

Sequitur post alia: Hæc respondimus
 ad primam epistolæ tuæ partem, ad reli-
 qua vero rescribere omisimus, quia ex pro- p. 313.
 videntia Cælestis Patris nostri ægrotatio-
 ne correpti, nullatenus potuimus, & Lega-
 tus tuus nullius moræ patiens nobis incon-
 sultis urbe discessit, quod tempus hyemis
 imminentis vehementissime formidaret.
 Vix ab eo impetravimus, ut dum hæc scri-
 berentur Ostiæ expectaret. Quia autem
 Imperator Sedem Romanam vilipende-
 bat, Papa ejusdem privilegia recensens p. 314.
 dicit: Si contra Ecclesiam Romanam eri-
 geris, cave, ne arma in te ipsum vertas;
 si enim nos non audieris, restat, ut te ta-
 lem habeamus, quales Dominus Noster il-
 los haberi præcepit, qui Ecclesiam non au-
 diunt. Vult dicere, quod ipsum sit ex-
 communicaturus. Ecclesiæ Romanæ pri-
 vilegia, inquit, Jesu Christi ore firmata
 sunt. Non ea concesserunt Concilia,
 sed concessa conservarunt, & venera-
 ta sunt. Privilegia sunt perpetua,
 quæ oppugnari quidem possunt, vinci
 autem & aboleri non possunt, quæ ante
 imperium tuum fuerunt, & te sublato per-
 manebunt, quousque Christianum Nomen
 prædicatum fuerit. Sancti Petrus & Pau-
 lus

Matth. 18.
 17.

Sæculum IX. *lus non delati sunt Romam post mortem*
A. C. 865. *suam auctoritate Principum, quod apud*

Sedis Roma-
 næ Præroga-
 tivæ.

*vos contigit, qui ceteras Ecclesias Patro-
 nis suis privastis, ut earum spoliis & opi-
 bus sola Constantinopolis ditaretur; sed
 venientes in carne Evangelium in hac Ci-
 vitate prædicarunt, eamque suo sanguine
 consecrarunt. Ecclesiam Alexandrinam
 per S. Marcum, filium suum, acquisierunt,
 sicut antea S. Petrus sua præsentia Eccle-
 siam Antiochenam suam fecerat. Per hos
 igitur tres præcipuas Ecclesias SS. Petrus
 & Paulus ceteras omnes moderati sunt.
 Et infra:*

p. 316.

*Porro scripsit nobis Imperium tuum,
 ut mitteremus ad te Theognostum, quem
 Frater noster Ignatius Exarchatu in Mo-
 nasteria quarundam provinciarum onera-
 vit; alios quoque tibi mitti vis Monachos,
 tanquam læsæ tuæ Majestatis reos. Sci-
 mus utique, ideo exposci, ut puniantur,
 quamvis forte eos nunquam videris, &
 mores nescias. Quidam eorum ab ineunte
 ætate Romæ Deo servierunt, Theognostus
 autem nihil sinistri unquam de te ad nos
 dixit, sed hic, quemadmodum innumeri
 Christiani, aliquantulam requiem reperit.
 Siquidem tot millia hominum quotidie ad
 Patrocinium S. Petri confugiunt, & ad
 ejus limina vitæ suæ finem expectant, ut
 apud nos Romæ sicut in Ecclesia univer-
 sali (si majus minori componere licet)*

omnes

omnes nationes congregatæ conspiciantur. Sæculum IX.
A. C. 865.
 Putas ergo, Imperator, justum esse, ut tradamus miseros Principibus, quorum dignitates & beneficia contempserunt, aut indignationem & persecutionem sustinuerunt? absit! nolumus enim paganorum excedere nequitiam. Præterea potestatem & jus habemus, non solum Monachos, sed etiam Clericos de quacunque Diœcesi, cum necesse fuerit, ad nos convocare. Quod si forsitan suspicaris, Theognostum apud nos Photio detrabere, Ignatiumque jugiter commendare, scito, quod nihil ille de utroque loquatur, nisi quod omnes alii clamant, & quod nos ipsi per innumeros homines ab Alexandria, ab Ierosolymis, a Constantinopoli, a monte Olympo, Romam adventantes & denique ex Legatis & literis tuis satis intelleximus.

Credere videris, terreri nos posse comminationibus, regionem te nostram vastaturum, & urbem deleturum. Speramus in Domino, & quousque vita supererit, quod muneris nostri est, faciemus. Quid mali tibi intulimus? an nos Siciliam depopulati sumus? an nos innumeras Græcis subjectas provincias tuo Imperio subtraximus? an nos Suburbana Constantinopolitanæ civitatis incendimus? an non hæc omnia ab Infidelibus passi estis, quos relinquitis impunitos? nobis vero minas ingeritis, qui, Deo sint laudes, Christiani sumus.

Sæculum IX. *sumus. Quid hoc aliud sit, quam Judæos
imitari, Barabbam liberantes, & Jesum
Christum crucifigentes?*

p. 330.

Nicolaus Pa-
pa ad Mi-
chaelem Im-
peratorem.

Mandat deinde Pontifex, ut Ignatius
& Photius Romam veniant. Si ipsi ve-
nire non possint, datis litteris absentia
causam indicent, & Vicarios mittant.
Nomine Ignatii veniant Archiepiscopi
Antonius Cyzicenus, Basilus Thessalo-
nicensis, Constantinus Larissæus, Theodo-
rus Syracusanus, Metrophanes Smyrnen-
sis & Paulus Heraeleensis in Ponto. Ab-
bates mittantur Nicetas Chryfopolita-
nus, Nicolaus Studiensis, Dositheus Osi-
diensis atque Lazarus Presbyter & Mo-
nachus, qui dicitur *Cazaris*. Subjungit
Papa, *qui nisi fuerint missi, suspectum te
reddes; hi enim sunt, ex quibus veritatem
cognoscere possumus. Photius & Grego-
rius Syracusanus, quoscunque voluerint,
mittant, tua vero Majestas duos ex Regia
sua viros. Mitte etiam, quæsumus, epi-
stolas authenticas, quas per Zachariam
& Rodoaldum dudum Episcopos dedimus,
ut cognoscere possimus an fuerint corru-
ptæ. Rogamus te etiam, ut ad nos mit-
tas Acta authentica, in quibus continetur,
quo modo Ignatius primitus depositus fue-
rit. Item illa monumenta, quæ per Leo-
nem a Secretis ad nos deferrî jussisti.*

p. 324.

Tandem Nicolaus Papa Imperatorem
hortatur, ne jura Ecclesiæ violet, quem-
admo-

admodum Ecclesia Imperatoris jura non lædit. *Antequam Iesus Christus veniret, inquit, dabantur Reges, simul Sacerdotes, qualis erat Melchisedech. Illudque Diabolus imitatus est in Imperatoribus Gentilibus, qui etiam Summi Pontifices erant. At postquam in mundum missus est ille, qui proprie Rex est & Pontifex, non amplius Imperatores jura Pontificum invaserunt, nec Pontifices jura Imperatorum. Iesus Christus ambas potestates ita separavit, ut Imperatores auxilio Pontificum ad consequendum vitam æternam indigerent, & Pontifices in negotiis secularibus Imperatorum legibus uterentur.*

Sæculum IX.
A. C. 865.

Epistola finita subjungit Papa: *Quicumque banc epistolam Constantinopoli legerit, cui ad Principem accedere licet, & quidquam in ea contentum Michaellem Imperatorem celaverit & dissimulaverit, Anathema sit! Quisquis etiam eam interpretatus fuerit, & ex ea quidquam mutaverit, subtraxerit, vel addiderit, nisi forte ex ignorantia id fiat, aut idioma Græcæ dictionis exigat, anathema sit! Hæc cautio erat necessaria, postquam epistolæ Pontificiæ priores fuissent depravatæ.*

p. 325.

§. XLII.

Bardas e vivis abit.

Haud multo post tempore Constanti-
Hist. Eccles. Tom. XII. L no.

Sæculum IX. nopoli nova rerum facies subiit. Bardam Cæsarem oblatum per quietem

A. C. 866.

Nic. vit.

Ignat. p.

1221.

somnium perterruit, quod Philotheo amico suo narravit in hunc modum: *Videbar hac nocte inter preces cum Imperatore ad Ecclesiam majorem procedere, atque per singulas fenestras Archangelos introspectantes cernere. Cum prope ambonem consistereamus, adsunt duo Eunucho a cubiculis crudeles & efferi, quorum alter Imperatorem ligatum e choro a dextris, & alter me pari modo vinctum a sinistris raptavit. Tunc subito in Sanctuarii throno apparuit Senex sedens, illa specie, qua S. Petrus in imaginibus representari solet, adstantibus duobus viris aspectu terribilibus, quos Prætores dixisses. Videa ante genua S. Petri Ignatium lacrymis madentem, & ipsum Apostolum commiseratione commotum. Clamabat ille: Tu vero, cui datæ sunt claves Regni Cælorum, si injuriæ mihi illatæ ignarus non es, afflictam senectutem meam solare. S. Petrus respondit: indica hominem, qui te*

1. Cor. 10, 13.

læsit, & faciet Deus cum tentatione proventum. Tunc Ignatius retrospectens, & digito me ostendens dixit: hic vir, hic est, qui mihi maxime nocuit. Mox S. Petrus, signo Prætori a dextris ejus stanti dato, tradens ei exiguum pugionem, vocata elata dixit: corripe Bardam, Dei hostem, & in vestibulo corpus ejus in partes seca.

Cum

Cum ego ad supplicium ducerer, vidi dex- Sæculum IX.
tra minaciter elevata Imperatori dicen- A. C. 866.
tem: neutiquam effugies, fili degener!
tandem non secus angebar, ac si corpus
meum in plurima frustra concidi conspi-
cerem & sentirem.

Bardæ timore turbato & hunc in mo-
dum inter planctus somnium suum refe-
renti suadebat Philotheus: Domine, par-
ce misero seni, Judicium Dei cogita, &
nullo amplius malo etiam meritum affice.
Nihilominus Bardas, insuperhabito sa-
pienti consilio, quemdam Photii pro-
pinquum, cui nomen Leo, ad illam In-
sulam, ubi Ignatius degebat, cum mili-
tibus & mandatis misit; tam arcte esse
custodiendum, ut Liturgiam celebrare
non posset, nemoque ad eum ingredi,
vel exire. Id ineunte Quadragesimo
anno octingentesimo sexagesimo sexto
sub finem mensis Februarii factum, &
Ignatius per menses tres molesta custo-
dia vexatus est. Mense Aprili Michael
Imperator expeditionem molitus, Insu-
lam Cretam suæ ditioni ereptam iterum
sibi subjecturus, ita suspicionibus contra
Bardam itineris comitem impletur, ut Post. Theo.
eum perdere statueret. Ille interfecto l. IV. n. 40.
res suos nudis gladiis tabernaculum in- p. 128. ibid.
trare conspiciens, ad Imperatoris pedes Bas. n. 17.
provolutus vitæ gratiam rogat, sed fru- p. 148.
stra, nam e tentorio abstractus multis Bardas tru-
cidatur, cidatur,

Sæculum IX.
A.C. 866.
vulneribus confoditur. Avulsa a trun-
co membra perticæ imposita non sine mi-
litum risu in castris circumlata. Hunc
exitum Bardas vigesima nona Aprilis an-
no octingentesimo sexagesimo sexto, In-
dictione 14. sortitus est. Illico Impera-
tor abjecto belli movendi proposito Con-
stantinopolim reversus Basilum Macedo-
nem, cædis in Bardam patratae non ulti-
mum auctorem, adoptavit, & officiorum
Magistrum constituit. Cumque Michael
rerum gerendarum rudis & iners viro
indigeret, qui vicaria potestate Rempu-
blicam regeret, eundem post breve tem-
pus Imperii Socium adlegit, atque in Ec-
clesia S. Sophiæ in Die Pentecostes, vige-
sima sexta Maji, eodem anno solemnî ritu
coronavit.

Photius Patrono orbatus non idcirco
Nicot. p. animo concidit; sed, in Bardam fortunam
1223. damnans non scelus, abominari virum
cœpit extinctum, cui luce fruenti more
fervili adulatus fuerat. Eo autem omnes
convertit cogitationes, qua ratione po-
tissimum Basilii gratiam sibi conciliaret,
& Michaelis amicitiam excoleret, cum
nesciret, utri summa potestas esset ob-
ventura. Interim indignans, quod mul-
Photii Astu- ti suam Communionem (*) fugerent, ex
tia. quo

(*) Inde constat, quantum Auctoritas Roma-
ni Pontificis in Ecclesia Constantinopolitana vis
guerit,

quo Nicolaus Papa Sententiam in eum Sæculum IX. A. C. 866.
tulisset, omnes illos dirum in modum Anast. præf. 8. Conc. p. 964.
persecutus est. Quosdam etenim Digni-
tatibus suis, alios Bonis spoliavit, alios
ejecit in exilium, alios carceri traditos
variis tormentis cruciavit. Nulli homi-
num conditioni, non ætati, non sexui
parcebat. Eremiculis ex Olympo mon-
te pulsus cellulas eorum incendit. Quem-
dam secum communicare detrectantem
in terram umbilico tenus defodi jussit.

Quo plures ad suam Communionem
pertraheret versutissimi ingenii homo,
duobus modis usus est. Primo ab Impera-
tore mandatum extorsit, ut omnia lega-
ta pia cujuscunque condito testamento
decedentis per Patriarchæ manus distri-
buerentur. Itaque munificentissimus vi-
debatur, nec enim plurimi curiose pen-
sabant, num sua daret, vel aliena; qui
vero testamentum scribere cupiebant,
cogebantur ejus Communionem ample-
cti, ut haberent, qui ultimam suam vo-
luntatem executioni mandaret. Altera
fraus erat, quod omnes Discipulos ad
scientias profanas addiscendas ad se ve-
nientes compelleret data pagina promit-
tere, se exinde non aliam quam Photii
fidem professuros. Unde hi omnes,
erant vero magno numero multique ex
primis stirpibus nati, Magistrum defen-
dere tenebantur.

Sæculum IX.

A. C. 866.

§. XLIII.

*Papa Waldradam excommunicat.**Sup. §. 41.**no. 8. Conc.**p. 495.*

Interim Papa, quid Constantinopoli ageretur, ignarus Lotharium Regem ad officium compellere conabatur. Cum ex Arsenio Legato suo reduce comperisset, quam procaciter ei illusisset Waldrada, excommunicationis sententiam secunda Februarii anno octingentesimo sexagesimo sexto in eam pronunciavit, quam ad omnes Episcopos Franciæ misit. Verum postea nescius, an hæc epistolæ Episcopis fuissent redditæ, alteram scripsit, decima tertia Junii ejusdem anni octingentesimi sexagesimi sexti, Indictione decima quarta, datam. Hæc ad omnes Italiæ, Germaniæ, Neustriæ, & Galliæ, id est, totius Imperii Francorum Episcopos dirigitur. Exponit Pontifex excommunicationis causas, nimirum, Waldradæ cum Rege Lothario adulterium, & quod nullum daret poenitentiae indicium, contumaciam ejusdem feminae, quæ, cum Romam venire, & vitæ suæ rationem reddere debuisset, in Provinciam, regionem Regi Lothario subiectam, commeasset, modumque ad eum redeundi quæreret, quo lasciviam rursus, & dominandi libidinem expleret, quia etiam quædam Monasteria regere diceretur. *Tandem sunt, qui affirmant,*
inquit,

inquit, *eam continuis machinationibus vi-* Sæculum IX.
A. C. 866.
tæ Theutbergæ Reginae insidiari. Igitur Pa-
pa Episcopis mandat, ut in suis Diocesi-
bus denuncient, excommunicatam esse
Waldradam, Fautoresque ipsius, donec
se pœnitentiæ & Sacræ Sedis iudicio sub-
misisset. Subjungit: *Si quis dicat, Re-*
gem Lotbarium ejusdem peccati reum ean-
dem quoque pœnam sustinere oportere, ille
nos consulat, & rationem reddemus. Vo-
bis vero omnibus acceptas has litteras ad
Metropolitanos mittere, & exemplaria
descripta in cunctas circumjacentes regio-
nes spargere curæ sit.

Adventius Episcopus Metensis Regem *Ap. Baro.*
Lotharium Dominum suum apud Sum- 866.
mum Pontificem purgare non dubita-
vit, data epistola, in qua excommunica-
tionem in Waldradam pronunciatam ap-
probat, & dicit: *Ex quo Arsenius Lega-*
tus tuus discessit, Rex Lotbarius ad Wal-
dradam se non contulit, non ei locutus est,
non vidit, sed ei significari jussit, ut Ro-
mam, quemadmodum præcepisti, proficis-
catur. Ceterum Theutbergam Reginam
iis modis, quibus convenit, habet. Illa
cum ipso officio Divino interest, eam Rex
ad mensam suam admittit, & ad tori con-
jugalis consortium. Præterea in familia-
ribus mecum colloquiis nihil affert, quod
non promptissimam voluntatem tuis con-
siliis & Auctoritati obsequendi demonstret.

Sæculum IX. Ipse Lotharius, data ad Papam epistola
 A. C. 866. admodum submissa, mendacii arguit, qui-
 cunque dixerit, ipsum cum Waldrada fu-
 isse, ex quo Arsenius discessisset, aut illa
 ex Italia rediisset. Deinde Papam rogat,
 ne aliquem æqualis secum potestatis eve-
 hat, & suo Regno præficiat. Nimirum
 timebat, ne, si a Papa excommunicare-
 tur, patrum sui captata occasione regno
 se spoliarent. Id etiam cum metuerent
 Episcopi in Regno Lotharii, datis litteris
 ad Episcopos in Regno Caroli existentes,
 falsitatem demonstrare conati sunt sparsi
 rumoris; Lotharium a Subditis suis con-
 temni, & nihil propius esse, quam ut om-
 nes ab eo deficerent. In eadem epistola di-
 cunt, se Regi suo in extremis fideles fore,
 quod sperarent, peccata juventutis sue
 emendaturum, & Episcoporum consiliis
 morem gesturum. Tum comminantur,
 ab Ecclesiæ communionem a se excluden-
 dos, quicunque Regnorum pacem tur-
 bare aggressi fuissent.

§. XLIV.

Epistola Papæ in Causa Wulfadi.

Ann. Bert. Nihil vero actum, quod paci publicæ
 866. adversaretur, sed potius cum Reges
 Carolus & Lotharius, mense Julio hoc an-
 no octingentesimo sexagesimo sexto, ad
 S. Quintini Fanum convenissent, foedera,
 mutua fide data, confirmarunt, atque
 Lotha-

Lotharius Carolo patruo suo Monaste-
 rium S. Vedasti in civitate Attrebatensi
 potum donavit. Inde Rex Carolus Sues-
 sionem divertit, interfuturus Concilio,
 quod Papa ibidem ad restituendum Wul-
 fadam ceterosque Clericos ab Ebbone
 Archiepiscopo Remensi ordinatos, & in
 Concilio Sueffionensi anno octingente-
 simo quinquagesimo tertio celebrato de-
 positos, haberi jusserat. Cum nempe
 non nulli viri ex Gallis Romam adven-
 tantes querelas ad Nicolaum Papam de-
 tulissent, præceperat, in Tabulariis Ec-
 clesiæ Romanæ litteras, quæ ad hanc
 causam pertinebant, inter alia Acta hu-
 jus Concilii exquiri, & postquam eas le-
 gisset, visum ipsi fuerat, non satis pro-
 bari, hos Clericos secundum Regulas
 Ecclesiasticas fuisse depositos. Hinc da-
 tis litteris Hincmaro mandat, ut Wul-
 fadam ceterosque ad se vocaret, & cum
 iis leniter conferret, an æquitati esset
 consentaneum, ipsos restitui. *Si vero
 non credideris, inquit, hac Restitutione
 tuam conscientiam esse onerandam, volu-
 mus, ut Fratres nostri Remigius Lugdu-
 nensis, Ado Viennensis, Venilo Rotoma-
 gensis, ceterique Galliarum & Neustriæ
 Episcopi, nisi legitime impediuntur, Sues-
 sione tecum & Suffraganeis tuis decimo
 quinto Cal. Sept. hac decima quarta Indi-
 cione congregentur, atque Wulfadus cum*

Sæculum IX.
 A. C. 866.

Sup. lib.
 XLIX.

Nic. ep.
 to. 8. Conc.
 p. 808.

Sæculum IX. *ceteris illo convocetur. Omnibus secundum Canones examinatis, si æquum vobis visum fuerit, eos restitui, sine ulteriore mora restituite, secus, si nimirum difficultas occurrat, & hi Clerici ad S. Sedem appellent, venite, vel utrinque Mandatarios mittite. Acta autem Concilii vestri ad nos deferantur, & neutiquam idcirco hos Clericos durius habebitis, quod ad nos confugerint.*

p. 814.

anno 866. data est, atque una & eadem ad plures Archiepiscopos Franciæ, iis solum mutatis, quæ peculiariter ad Hincmarum pertinebant, dirigebatur. Cuncta vero exemplaria Remigio Archiepiscopo Lugdunensi, quæ ipse singulis redderet, missa.

Regi Carolo nova supervenit causa, cur Concilium istud mature celebrari & mandata Pontificis impleri vellet.

Act. SS.
Ben. to. 6.
p. 164.

Rudolpho Archiepiscopo Bituricensi vigesima prima Junii eodem anno fati functo, qui in sua Ecclesia Sanctorum numero adscriptus est, Carolus in eminenti gradu Successorem requirebat virum negotiis gerendis idoneum & fidum, qui regeret imbecillitatem filii sui Caroli regis Aquitaniæ, adhuc juvenis.

Ann. Bert.

Huic enim intelligendi facultatem vulnus in capite acceptum, ex quo deinde vigesima nona Septembris eodem anno decessit, labefactaverat. Cum ergo Carolus Rex Wulfadum,

fadam, suo servitio additum, huic fasti-
 gio parem existimaret, effecit, ut consen-
 tientibus Episcopis & tota provincia Epi-
 scopus Bituricensis eligeretur. Pluri-
 mum inde ipsius intererat, Wulfadam
 a Depositione anno 853. Concilio Sues-
 sionensi pronunciata absolvi, eoque re-
 stituto ceteros quoque eadem sententia
 implicitos liberari oportebat.

Rex Carolus primum permovere
 Hincmarum conabatur, ad restituendos
 hos Clericos secundum Papæ epistolam;
 sed Hincmarus honeste excusans, quod
 hæc causa mora indigeret, rem usque ad
 Concilium distulit. Tum Rex veritus, *to. 8. Conc.*
 ne nimium cunctaretur, data ad Pontifi- *p. 811.*
 cem epistola rogavit, ut mandata sua im-
 pleri juberet, & permetteret, etiam ante
 Concilii exitum, Wulfadam Presbyte-
 rum ordinari, aut saltem interim, dum
 de Causa in Synodo deliberatur, Regi- *p. 813.*
 men Ecclesiæ Bituricensis suscipere. Ve-
 rum Papa concessit neutrum, donec Acta
 Concilii ad se perferrentur.

Præstituta die Concilio initium da-
 tum, decima octava Augusti anno 866. *p. 836.*
 Aderant Episcopi triginta quinque adnu-
 meratis septem Archiepiscopis, nimirum
 Hincmaro Remensi, Remigio Lugdu-
 nensi, Frotario Burdegalensi, Herardo
 Turonensi, Egilone Senonensi, & Luit-
 berto Moguntino. Inter Episcopos nu-
 mera-

Sæculum IX.
 A. C. 866.

Sæculum IX. merabantur Rotadus Sueffionensis, anno
 A. C. 866. superiore restitutus, & Folericus Trecenten-
Ann. Bert. sis, Successor Prudentii anno octingen-
 861. v. *Bol.* tesimo sexagesimo primo ad Cœlestia
 6. *Apr. to.* translati, quem Ecclesia sua sexta Apri-
 p. 531. *Bail-* lis honore Sanctis exhiberi solito profe-
 let. 6. *Aur.* quitur.

§. XLV.

Egilo Archiepiscopus Senonensis.

Necdum multum temporis effluxerat,
 ex quo Egil seu Egilo Archiepisco-
At. SS. pi Senonensis Dignitate emineret. Is
Ben. to. 6. in Francia natus a prima ætate Monachus
 p. 337. Prumiensis fuit sub Abbate Marcuardo,
 quocum illuc ex Monasterio Ferrariensi
 commigrasse creditur; eum enim Lu-
 pus Abbas communem utriusque Mona-
 sterii filium vocavit, & maximæ lætitiæ
 iudiciis recepit, cum reparandæ valetu-
 dinis causa ad illud Monasterium rediit.
Lup. Ferrar. Marcuardo anno octingentesimo quin-
ep. 55. 68. 70. quagesimo tertio mortuo, Egilo Abbas
 Prumiensis eligitur, cui post biennium
 honor obtigit, ut Lothario Imperatori
Regino an. habitum Monasticum conferret. Atta-
 853. men anno octingentesimo sexagesimo
 prætendens infirmam valetudinem, vel
 forte, si ita suspicari licet, ex tœdio, quod
Sup. lib. in divortium Lotharii junioris consensis-
XLIX. set, Monasterii Regimen sponte abdicavit.
S. 27. Haud multo post tempore eodem
Sup. §. 6.

Rege

Rege & Archiepiscopo Trevirensi facultatem concedentibus in Regnum Caroli Calvi se contulit, vocatus ab eodem Rege, qui cum Monasterio Flaviniacensi in Diœcesi Augustodunensi, eo consilio ut Disciplinam collapsam reduceret, præfecit. Egilo illuc Alizio Reliquias S. Reginae anno octingentesimo sexagesimo quarto vigesima prima Martii transtulit.

Sæculum IX.
A. C. 866.

Venilone Archiepiscopo Senonensi sub initium anni octingentesimi sexagesimi quinti defuncto, cum Abbas Egilo invitus ejus Successor electus fuisset, Nicolaus Papa ægre eo adduci potuit, ut ei Pallium mitteret, quod evocatus fuisset e Monasterio & ex alia Diœcesi contra Canones præcipientes, Episcopum ex Clericis Ecclesie vacantis eligi, & tunc solum permittentes, ex alia Ecclesia eligendum acciri, si in illa Ecclesia nemo dignus invenitur. Tandem Papa Egiloni, viro optime merito, Pallium ea conditione misit, ut imposterum Canones observarentur. Papa ad Regem Carolum quoque dedit epistolam rogans, ut curæ ipsi esset, hunc ab usum in Francia frequentissimum tollere. In epistola vero ad Egilonem Summus Pontifex hortatur, ne consuetudines vitæ Monasticæ, quam amplexus fuerat, in Episcopatu abjiceret. Quippe secundum illius ætatis Disciplinam Episcopi

Chr. S. Petr. Sen.

Nic. ep. to. 8. Conc. p. 506.

p. 507. ep. 21.

Mabil. præf. to. 6. c. 7. n.

178.

Sæculum IX. Episcopi e Monasteriis evocati Monachorum morem in vestitu & alimentis servabant, quod ex multorum exemplo præsertim Hincmari demonstratur.

§. XLVI.

Concilium Sueffionense Tertium.

Hincmar. Episcopis in Concilio Sueffionensi congregatis, Hincmarus quatuor Libellos obtulit, & primi hæc fuit Summa: *Wulfadus & ceteri hi Clerici, non ab Episcopis solius Provinciæ Remensis, sed in Concilio quinque Provinciarum, ad quod appellaverant, depositi fuerunt. Ego vero ne quidem ex numero Judicum fui, ut ex Actis videri potest, quibus non subscripsi. Hæc solummodo ab Episcopis jussus nisi ad Sacram Sedem, ubi a Pontificibus Benedicto & Nicolao sub pœna anathematis confirmata sunt, ut ex ipsorum epistolis, quarum subscriptiones & ceræ integræ sunt & salvæ, dignoscere potestis. Hodie autem, cum Nicolaus Papa jubeat vos hanc causam iterum ad judicium vocare, obedire sicut debeo, & in omnia, quæ decreveritis, ad conservandam concordiam consentio. Non invideo bis Clericis suam felicitatem, exopto eorum restitutionem, quarum depositio nemini magis quam mihi damno fuit. Sed conscientia non permittit, me solum Sententiam ab Episcopis quinque Provinciarum latam retractare.*

Eþ

Et quia Papa scripsit, vobis tunc solum ^{Sæculum IX.}
 istud iudicium esse emendandum, si Cano- ^{A. C. 866.}
 nibus repugnet, peto, ut mihi ostendatur,
 in quo repugnet, & quo pacto possimus
 Pontificum epistolis derogare, obstantibus
 Antecessorum eorum Decretis, quod semel
 statutum fuerit, nunquam esse violan-
 dum.

Libellus secundus ad Ebbonem per-
 tinet, atque in eo Hincmarus respondet ^{Conc. p 820.}
 Wulfado, secreto apud quosdam dicen- ^{opusc. 19.}
 ti, nunc Ebbonem non fuisse depositum, ^{it. opusc. 23.}
 nunc fuisse restitutum. *Depositus fuit*, di-
 cit Hincmarus, post propriam confessionem ^{Sup. lib.}
 quadraginta trium Episcoporum iudicio, ^{XLVII.}
 ut ex Libello, quem obtulit, & ex Conci- ^{S. 47.}
 lii Decreto dispicitur. Deinde Ministe-
 rium Episcopale sine ulla restitutione ca-
 nonica resumpsit. Tandem Romam pro-
 fectus sub Sergio Papa, communionem laica
 contentus vivere iussus est, sicut historia
 illius Pontificis perhibet. Ex quo deposti-
 tus fuit, vacante Ecclesia Remensi, & se-
 ptendecim, quibus supervixit, annis, re-
 stitui nec petiit, nec obtinuit; quod si
 quis neget, Acta ostendat. Nam canoni-
 ce ab Episcopis depositus, quacunque pote-
 state sæculari restitui non potuit. Jam ^{Ebbonis Depo-}
 anni numerantur plus quam triginta, ex ^{positio.}
 quo damnatus est, nempe die quarta Mar-
 tii anno 835. quod tempus secundum Le-
 ges sæculares ab Ecclesia receptas ad ex-
 cluden-

Sæculum IX. *cludendam omnem actionem sufficit. At-*
 A. C. 866. *tamen, inquis, quoad vixit, actibus Mini-*

n. 2. 3.

sterii Episcopalis functus est. Usurpatio
fuit, unde nullum jus, sicut ex aliis multis
factis, deduci potest. Hincmarus deinde,
Ordinationem suam in Concilio Bel-
lovacensi anno octingentesimo quadrage-
simo quinto secundum canones factam,
ostendit.

n. 4.

Sup. lib.

XLVIII.

§. 28. §. 6.

Hoc secundo Libello perlecto, Hincma-
 Hincmari rus omnia Acta, ex quibus dicta sua pro-
 Ordinatio. babantur, protulit. Hincmarus Laudu-
 nensis, ipsius nepos, Acta Concilii Suef-

Sup. lib.

XLIX. § 8.

sionensis anni 853. produxit. Raginel-
 mus Tornacensis Acta alicujus Concilii
 Bituricensis, cui Rodolfus Archiepiscopus
 præfuerat, & in quo ex testimonio
 illorum, qui Concilio Sueffionensi inter-
 fuerant, probatum fuerat, Ebbonem suis
opusc. 23. se canonicè depositum, in medium attu-
 lit. Ercanradus Catalaunensis epistolas
 Benedicti Papæ, & Odo Bellovacensis
 Nicolai Papæ epistolas ostenderunt.

p. 824.

opusc. 20.

Postea Libellus tertius Hincmari Ar-
 chiepiscopi lectus, in quo docebat; In-
 dulgentia Ecclesiastica & Auctoritate
 Pontificis recipi posse Clericos, ab Ebbo-
 ne ordinatos, & etiam ad Ordines supe-
 riores promoveri, quin hoc exemplum
 futurorum temporum Disciplinæ noce-
 ret, dicitque, se quidem consentire.

p. 828.

opusc. 21.

Quartum quoque Libellum peculiariter
 adver-

adversus Wulfadum conscripserat, in quo dicebat: *Postquam cum ceteris fuisset depositus, sine permisso Ecclesie Remensis, in qua baptizatus, tonsuratus, & per complures annos officio Lectoris functus fuerat, efficere attentavit, ut ordinaretur Episcopus Ecclesie Ligonensis vacantis, obtendens, se illuc vocari, atque illius Ecclesie redditus in usus suos convertit; unde secundum Canones meritis est ab omni spe restitutionis excludi. Præterea, promisit jurans invocato nomine Sanctissimæ Trinitatis, non se amplius quodcumque munus Ecclesiasticum quæsiturum, nec quidquam facturum, quod Ecclesie pacem turbare possent; cujus promissionis Acta, Rege, Pardulo Episcopo Laudunensi, Gumberto Ebroicensi, & Ænea Parisiensi presentibus data, habemus.* Profitebatur autem Hincmarus, hæc facta non ideo a se memorari, quo noceret Wulfado, sed solum ne, quæ vera essent, Concilii Episcopos laterent. Nihilominus, cum hæc lectio scandalo esset, in Concilio non fuit absoluta.

Episcopi tamen consilium ab Hincmaro in Libello tertio suggestum, Wulfadum ceterosque Clericos recipiendi, amplexi sunt. Nolebant enim Papam offendere, & Regis postulationem, qua Wulfadum restitui, atque in Sede Bituricensi collocari petebat, rejicere non poterant. Itaque Herardus Archiepiscopus

Sæculum IX.
A. C. 866.

Sententia
Concilii.
n. 9. p. 830.

Hist. Eccles. Tom. XII.

M

pus

Sæculum IX.
A. C. 866.

pus Turonensis nomine totius Concilii declaravit; neminem debere Episcopos levitatis aut socordiæ accusare, quasi vero Sententiam in eadem urbe & in eadem causa pronunciatam, & a Pontificibus confirmatam, retractarent, sed salva illa sententia Concilii Patres in damnatos indulgentia uti, & in isto casu misericordiam præferre justitiæ.

Herardus subjunxit: *Rex Carolus, Dominus noster, rogat nos, ut uxorem suam tanquam Reginam benedicamus eo ritu, quo aliæ vel a Pontifice, vel ab Antecessoribus nostris Benedictionem acceperunt.*

Regina hæc erat Hermentrudis, quam Rex Carolus ante annos viginti quatuor, nempe anno octingentesimo quadragesimo secundo, duxerat, atque ex ea complures liberos susceperat. Unde Archiepiscopus addidit: *Ne vero admirationi*

Ann. Bert.
842.

fit locus, hujus petitionis causam vobis aperiemus: dedit Dominus Regi nostro aliquot liberos, quorum aliquos Deo obtulit, alii in tenerrima ætate decesserunt, alios, ut videmus, tristis casus affixit. Idcirco nihil magis in votis habet Rex, quam ut sibi uxor sua, oppitulante Benedictione Episcopali, filios procreet Ecclesia utiles & ad capeffendum Reipublicæ Regimen idoneos.

Ap. Hincm.
to. 1. p. 752.
& Cap. to. 2.
p. 313.

Benedictionis Cæremoniæ in Ecclesia S. Medardi peractæ, Regina Hermentrudis coronata, & super eam illæ

illæ preces, quæ hodieque in fine Missæ Sæculum IX.
pro Sponsis recitantur pronunciatae. A. C. 866.

Episcopi datis ad Pontificem litteris
Synodalibus vigesima quinta Augusti n. 7. p. 832.
anno octingentesimo sexagesimo sexto
omnia, quæ acta fuerant, retulerunt, at-
que declararunt, sua opinione Clericos
memoratos esse restituendos ex indul-
gentia, cujus exemplum Patres Concilii
Nicensi in iis, quos Meletius ordinave- Sup. l. XI.
rat, dedissent. Se de cetero omnia Pon- S. 15.
tificis iudicio relinquere. Huic episto- Sacr. I. c. 9.
læ Concilium junxit alteram, in qua Pa- Theod. I. I.
tres conqueruntur de Britonibus, qui c. 9.
jam ab annis plus quam viginti Ecclesiam n. 8. p. 837.
Turonensem Metropolim suam agnosce-
re respuebant, & ad Concilia Nationa- Sup. lib.
lia Galliæ venire detrectabant, quod in XLVIII.
populo, sua indole ferocissimo, Discipli- S. 43.
næ Ecclesiasticæ ruina erat. Rapiebant
Bona Ecclesiarum propin quarum, maxi-
me Ecclesiæ Nanetensis, cujus Episcopus
Actardus per ipsorum, Normannorum-
que latrocinia tota sua Diœcesi spolia-
tus erat. Præterea Britones huc usque
eo adduci non potuerant, ut Salaconem
Episcopum S. Maclovii & Subsannum Ve-
netiensem restituerent. Igitur Episcopi
Concilii Sueffionensis Papam rogant, ut
datis ad Ducem Britanniaë epistolis ad
officium redire & ad obedientiam, quam
Regi Carolo deberet, compellat, sub

Sæculum IX. pœna censurarum Ecclesiasticarum. Item
A. C. 866. commendant Regi causam Actardi Episcopi, quem Romam mittebant, Papam omnia, quæ ad hanc causam pertinerent, viva voce melius edoctorum.

§. XLVII.

Egilo Romam mittitur.

Ann. Bert. **C**ivitate Sueffionensi relicta Rex Carolus Attiniacum perrexit, ubi eum nepos ipsius Rex Lotharius expectabat. Ibi Theutbergam ad Lotharium redire jusserunt, etiamsi prius ei licentia fuisset concessa Romam eundi; cum enim pessime haberetur, nec ab insidiis satis esset segura, animo constituerat divortium petere. Et conjectura est, eam illo potissimum tempore Epistolam Papæ scripsisse. Ex illo Conventu Attiniacensi ambo Reges ad Pontificem adornarunt Legationem communem, quam nomine Caroli Egilo Archiepiscopus Senonensis, & nomine Lotharii Ado Archiepiscopus Viennensis & Gualterius eidem Regi a Secretis suscipere jussi sunt, quibus arcana Dominorum suorum mandata commissa.

Nic. ep. 48.

Opusc. 22. to. 8. Conc. p. 1901. Egilo simul deferebat Epistolam Synodalem Concilii Sueffionensis, atque etiam Hincmari ad Papam Epistolam, in qua causam indicabat, cur sua solum auctoritate Wulfadum non restitueret. Epistolæ

pistolæ addidit mandata singillatim ad E- Sæculum IX.
 gilonem directa, in quibus dicebat: A. A. C. 866.
 go tecum ea fiducia ac si esses alter ego, Opusc. 23.
 mittoque tibi summam articulorum om- Conc. p. 1103
 nium, quos Pontifex in hac causa nobis
 perscripsit. Est vero necessarium, ut hos
 articulos memoriæ bene imprimas, &
 sic illis, quos novisti, si negotium, ut
 solent, turbare velint, veritatem incul-
 ces. Non credidi opus tibi esse Libellis,
 quos in Concilio Episcopis obtuli, & ti-
 mui, ne ex iis Romani deprehenderent, a-
 liqua apud nos de causa Wulfadi fuisse
 jurgia, quod Regis consilia morari pos-
 set. Memoria vero tenaci revolve sequen-
 tia; Ebbonem fuisse canonicè depositum,
 & contra Canones restitutum. Illos
 Clericos non a me, sed a Concilio ex quin-
 que Provinciis congregato fuisse deposti-
 tos. Papam nobis mandasse, ne illa, quæ
 definita fuerunt, abrogaremus, nisi ea
 contra Regulas Ecclesiasticas pugnare ju-
 dicaremus. Tandem cum Episcopi in hoc
 Concilio ex iisdem Epistolis propensum in
 Clericos istos Pontificis animum cogno-
 vissent, ipsis occurrisse exemplum Conci-
 lii Niceni, unde huic indulgentiæ aucto-
 ritas conciliaretur. Rem esse eo facilio-
 rem, quod omnes Episcopi, excepto Ro-
 tado, qui Depositioni Ebbonis adfuissent,
 ex hac vita abiissent, ita ut nemo sit, qui
 adversetur. Percuperem, si id sine tuo

M 3

incom-

Sæculum IX. A. C. 866. *incommodo fieri posset, ut Pontifici cuncta accurate referres, quæ ad Depositionem Ebbonis & iudicium latum in Clericos spectant, sed non puto, te quibusvis aliis libellis onerandum, nisi illis, de quibus inter Regem & Episcopos convenit. Pontifici suggerere debes, aptam nactus occasionem, jam nunc complures dicere: Si quæ tunc acta sunt, firma non fuerunt, ea quæ hodie aguntur, magis firma non erunt. Nihil amplius in iis, quæ Episcopi aut Sacra Sedes decernunt, ratum & constans est. Vilescet Excommunicatio Ecclesiastica, Presbyteri depositi ab Officio Sacerdotali non abstinere, si viderint, nostra & Sacra Sedis iudicia voluntate Principis & depravatis nostris affectibus regi. Illud quoque Papam monebis; meminerit, quantum Guntharius Excommunicationem ab ipso pronunciatam contempserit. Nisi Wulfadi causa obstaret, istorum Clericorum, qui cum ipso Wulfado plures quam novem non sunt, negari potuisset. Et infra: Curæ tibi sit legere Pontificis Epistolæ, quas in hac causa daturus est, priusquam huc mittantur, ne Notarii fraudem faciant, quippe dicuntur literas non nunquam corrumpere. Memento etiam ad nos afferre Gesta Pontificum a Sergio initiis usque ad hunc annum; nam ceterorum Pontificum Acta habemus. Hæc gesta*

Hincmarus
ad Pontificem.

Sup. n. 33.

gesta Ephemerides vel Annales fuerint Sæculum IX
 rerum omnium sub singulis Pontificibus A. C. 866.
 occurrentium.

§. XLVIII.

Gotteschalci Exitus.

Tabellario, quem Hincmarus ad Egilone-
 nem mittebat, jam itineri accincto,
 ad Archiepiscopum defertur, Gumber-
 tum Monachum Altovillariensem ex Mo-
 nasterio cum libris, vestibus, equis, &
 quidquid ferre poterat, clam excessisse.
 Is in Italiam proficisci dicebatur, & por-
 tare ad Papam libellum appellationis Sup. Lib. XLV. §. 49.
 Gotteschalci, in eodem Monasterio in-
 clusi, quocum secreto deliberasset, Epi-
 stolas reddidisset, & ab eo accepisset.
 Quo comperto Hincmarus cito ad Egilo-
 nem dedit Epistolam, quam ut secretam
 teneat, rogat. In ea vero dicit de Gum-
 berto loquens: *Scit nempe, Pontificem* Opusc. 24. to. I. p. 290.
mibi detrabentibus faciles aures præbe-
re, eumque Regi Carolo scripsisse, non
posse se in omnibus mibi patrocinari. Pla-
ne non occurrit, in quo me unquam Pon-
tifex suo patrocinio juverit. Si de Got-
teschalco sermo sit, rationem reddidi Ar-
senio Legato & data ad Papam Epistola
quæsi, an præciperet, ut eum ad se mit-
terem, vel eum cuiquam alii custodien-
dum traderem. Si eum Papa alere vult,
Romam mittendus est a Rege, mibi enim

Sæculum IX. *tot homines non sunt, ut proficiscenti
A. C. 866. custodes dare queam. Et infra: Ajunt,
Gotteschalco multos esse Sectatores, qualis
Prudentius Episcopus fuit; namque id
prodit in Scriptis suis, præsertim in An-
nalibus Regum nostrorum, in quibus ad
annum octingentesimum quinquagesimum
nonum dicit: Nicolaus Papa Definitio-
nem Doctrinæ Catholicæ confirmat de Gra-
tia Dei, de Libero Arbitrio, de Veri-
tate duarum prædestinationum, & de
Sanguine Jesu Christi pro omnibus Fi-
delibus effuso. Hincmarus subjungit:
Annales isti in permultorum hominum
manibus sunt. Rex etiam unum habet
exemplar, quod mihi commodaverat, &
quod te præsentem eidem restitui. Hic do-
cet nos Hincmarus Auctorem istorum
Annalium, qui hodie nomen S. Bertini
servant, quia in eo Monasterio inventi
sunt. Ceterum ad finem anni 859.
eadem verba ab Hincmaro relata legi-
mus. Quæ sequuntur Hincmarum au-
ctorem habent, vel certe ex ipsius amicis
aliquem, qui postquam obitum Pruden-
tius narravit, dicit: Prudentius prioribus
annis Gotteschalco adversatus fuerat;
postea vero, cum quidam Episcopi una-
cum eo contra hunc Hæreticum pugnan-
tes ipsi bilem movissent, ejusdem Hæresis
defensionem ferventissime suscepit, editis
compluribus libris tam sibi ipsis, quam Fi-
dei*

*Duch. to. 3.
p. 150. III.*

An. 861.

dei Catholicæ contrariis. Hincmarus ^{Sæculum IX.}
 in Epistola sua ad Egilonem addit: ^{A.C. 866.} Si
 interrogent, quomodo Gotteschalcus cu-
 stodiatur, dices; alimenta ei sicut cete-
 ris hujus Congregationis fratribus præ-
 beri, vestes quoque & ligna ad calefacien-
 dum cubiculum, quantum satis est, sup-
 peditari, atque in ipsius habitaculo cami-
 num & omnia necessaria inesse, balnei u-
 sum, si peteret, ei minime negari, sed ex
 quo carcerem ingressus esset, lavare ma-
 nus vel faciem pertinaciter noluisse, ita
 ut, si emitteretur, sine borrore conspici
 non posset. Huic Epistolæ arcanae jun- ^{Opusc. 15.}
 xit Hincmarus alteram, quam Egilo pu-
 blice exhiberet. In ea errores, quorum
 Gotteschalcum arguit, fusissime expli-
 cat.

Nescimus, an Gumbertus Monachus
 Romam pervenerit, nec ulla de eo men-
 tio post hæc occurrit. Illud vero con-
 stat, Gotteschalcum haud multo post
 tempore, nempe anno circiter octingen-
 tesimo sexagesimo octavo in carcere suo
 fuisse defunctum. Hincmarum Altovil-
 læ commorantem monent Monachi, Got-
 teschalcum ad extrema deduci. Mittit
 ille morituro formulam fidei, cui si sub-
 scriberet, Absolutionem & Viaticum ac-
 ciperet; at pertinax sibi oblatam non si-

*De non trina
 Deit. p. 552.*

M 5

nc

Sæculum IX. ne indignatione rejecit. (*) Cum Hincmarus inde abiisset, Monachis rescriptis præcipiens, si Gotteschalcus convertetur, facerent, quod præsens jussisset, secus vero, nec Sacramenta, nec Sepulturam Ecclesiasticam contumaci concederent. Mandata sua auctoritate complurium Patrum confirmabat. Tandem, Gotteschalco non retractante, Monachi Hincmari jussioni obsecuti sunt. (**)

Inter-

(*) Admirandi locus est, quæ in Libro de non Trina Deitate Hincmarus de Gotteschalco scripsit, referente Natali Alexandro in Sæc. IX. *Scriptis quoque ad Deum loquens, & dicens ei, quod ipse illi præcepit ut pro me non oraret, & quia primum Filius in eum intravit, postea Pater, deinde Spiritus Sanctus, qui in illum intrans, ei circa os barbam ussit. Et quia nollet vestimenta de vestiario Fratrum mihi communicantium accipere nisi pretio compararet, qui pretium non habebat, sed sic vellet ire, sicut Adam ibat, antequam peccaret. Ad hæc P. Natalis: Gotteschalcum non modo Hæreticum sed dementem fuisse oportet, si vera sunt quæ de eo scribit Hincmarus.*

(**) Auctor Animadversionum in P. Natali de Gotteschalco scribit: *Pro Gotteschalci innocentia ita aliqui pugnant, ut nullius erroris reum fuisse pro viribus affirmant. Nempe, quod credant, eum docuisse, Deum prædestina-*

re

Interim Rex Carolus, Responso Pa-
 pæ ad ordinandum Wulfadum Archie-
 piscopum Bituricensem non expectato,
 misit filium suum Carolomannum S. Me-
 dardi Abbatem, qui ei possessionem Ec-
 clesiæ Bituricensis traderet. Qui, sta-
 tim soluto Concilio Suessionensi, mense
 Sept. anno 866. cum Biturigas perve-
 nisset, Wulfadum ab Aldone Lemovi-
 censi Ecclesiæ Bituricensis Suffraganeo,
 & quibusdam aliis Episcopis consecrari
 curavit. Aldo inter Cæremonias febrī
 correptus brevi post tempore obiit;
 quam rem notatu dignissimam Wul-
 fadi Adversarii esse existimabant.

Sæculum IX.
 A. C. 866.

Ann. Bert.
 866.

§. XLIX.

Conversio Bulgarorum.

Summus Pontifex, missis per Michae-
 lem Protospatharium ad Michaelem
 Imperatorem literis, aliquot Episcopos
 Urbi

Sup. n. 41.
 Nic. ep. 7.

re reprobos ad pœnam, non vero ad culpam.
 Aliis, quos sequitur Natalis, placet Gotteschal-
 cum juste fuisse damnatum, quia prædestinatio-
 nam Hæresim ab orco revocaverit. Post alia
 dicit item Auctor: Quantumvis nihilominus in-
 noxia fuerit Gotteschalci doctrina, in eo re-
 prehendum agnovit etiam Ecclesia Lugdu-
 nensis, quia importunas excitaverit controver-
 sias, easque nimia audacia ac temeritate defen-
 dendas susceperit.

Seculum IX. Urbi viciniore convocat, atque de re
A. C. 866. bus Ecclesiæ Constantinopolitanæ deli-
 berat, Legatos cum amplioribus litteris
 illo directurus. Illud vero anxium te-
 nebat, qua via potissimum illo perveni-
 re possent; quippe iter maritimum mi-
 nus longum quidem, sed ob malam Gra-
 corum fidem minime tutum esse consti-
 bat. Inter has curas Legati Regis Bul-
 garorum (*) Romæ adventant. Rex il-
 le, cui nomen Bogoris, ante breve tem-
 pus Religionem Christianam susceperat,
 occasio vero hujus conversionis in hunc
 modum refertur: Dira fame ejus re-
 gnum premente permotus est ad invo-
 candum Christianorum Deum, cujus pri-
 mam cognitionem olim a Theodoro Cu-
 phara Monacho acceperat, soror autem
 ipse, dudum Christianis dogmatibus
 imbuta, mire deprædicabat. Ubi vilis
 annonæ pretium fuit, Christiana Sacra
 amplecti statuit. Id ut faceret, præter-
 ea impulsus fuisse dicitur terribili pictu-
 ra Judicii extremi, quod quidam Mona-
 chus

*Anast. in Nic.
 p. 265. Post
 Theoph. l.
 IV. n. 14. 15.
 Sup. Lib.
 XLVIII.
 §. 24.*

(*) Bulgari, tunc populi Mysiæ in Thraciæ
 confiniis, a Bulga vel Wolga fluvio sic dicti,
 ubi primum in Moschorum finibus habitarunt.
 Hodie illis regionibus alia sunt nomina. Bul-
 gari Nicephorum Imperatorem olim profliga-
 tum occiderant, & caput ejus abscissum ludibrio
 exposuerant,

chus, nomine Methodius, ab eo ad re-
 præsentandum feras venatorum insidiis
 vexatas (hoc enim studio Rex impensissime
 delectabatur) mira arte exhibuerat. Ergo
 Doctrinam Christi volens edoctus ad Imperatorem
 Constantinopolitanum misit, qui Episcopum peterent,
 ab eoque baptizatus, & de Imperatoris nomine
 Michael vocatus est.

Quamvis vero Bogoris occulte & noctu
 Baptismum accepisset, re tamen ad Optimates
 delata, ibi populum ad seditionem excitant,
 & Regem in arce, quam intraverat, obsident.
 Rex intrepidus, crucem in sinu gerens, cum
 paucissimis (quadraginta octo omnino viri
 erant) quibus ad ultima fides durabat, in
 rebelles erumpit, prælio vincit, & pavidos
 in fugam vertit. Incredibilis victoria
 manifesto miraculo a Cælo concessa omnibus
 visa est. Rex sumpto supplicio de viris
 quadraginta duobus, qui ceteris ad
 seditionem Duces extiterant, civium
 multitudini pepercit. Tunc vero omnes,
 ut ad Christiana sacra transirent, invitavit,
 multisque persuasit. Ab Imperatore autem
 petiit sibi concedi terras incultas in
 confiniis imperii positas, quo populi sui
 innumerabilis colonias emitteret. Dedit
 Imperator regionem, quæ ab ipsis Zagora,
 & postea a qui-

Sæculum IX.
 A. C. 866.

Cang. famit.
 p. 310.

Sæculum IX. quibusdam Scriptoribus eodem nomine
A. C. 866. appellata.

Ann. Bert.

p. 866.

Bulgarorum
Legatio.

Metensf. 868.

Hæc Bulgarorum conversio ad an-
num octingentesimum sexagesimum
quintum refertur. Anno autem sequen-
te Rex Michael, missa Legatione ad Lu-
dovicum Germaniæ Regem, cui cum
ipso pax & fœdera intercedebant, petit
sibi dari Episcopos & Presbyteros. Qui
nomine Regis sui hac legatione funge-
bantur, narrabant; cum ille ex arce sua
in rebelles subditos egrederetur, ante
ipsum procedentes septem Clericos suis-
se conspectos, singulos ardentem ce-
reum portantes. Visum etiam fuisse re-
bellibus, quod domus conflagrans ingen-
tis magnitudinis in se caderet, & equi
militum Regionum posticis pedibus e-
recti anterioribus seditiosorum capita
calcarent, quod denique tantus terror
consilii expertes invaserit, ut nec fugam
arriperent, nec corpora tuerentur, sed
in terram prostrati obrigescerent.

Hæc Bulgari referebant.

Rex Ludovicus ad Regem Carolum
Fratrem misit, qui Vasa Sacra, vestes Sa-
cerdotales librosque, Clericis ad illam
gentem delegandis tradendos peterent;
unde Rex Carolus magnam pecuniæ
summam ab Episcopis regni sui accepit.
Anno sequente Ludovicus Ermenricum
Episcopum cum Presbyteris & Diaconis
in

Ann. Fuld.
867.

in Bulgariam misit; sed illo pervenien-^{Sæculum IX.}
 tes, vident Episcopos a Papa missos u- ^{A. C. 866.}
 bique prædicasse & conversos baptizas-
 se. Quare salutato Bulgarorum Rege
 in Germaniam redierunt. Nempe Rex ^{Ann. Bert.}
 ille Romam miserat filium suum & com-
 plures Proceres, Sancto Petro munera,
 atque præter alia arma, quibus fulgebat
 Rex Michael, cum seditiosorum victor
 extitit, deferentes. Iphis quoque com-
 missum, ut Papam de multis quæstioni-
 bus ad Religionem spectantibus consu-
 lerent, atque Episcopos & Presbyteros
 expeterent. Hi mense Augusto Indi-
 ctione decima quarta, videlicet anno o-
 ctogentesimo sexagesimo sexto Romam
 pervenerant; quare comperta, cum Rex
 Ludovicus arma ceteraque munera, a
 Rege Bulgarorum S. Petro donata, sibi
 reddi postularet, Papa, missa per Arse-
 nium eorum parte aliqua, excusavit,
 quod omnia non posset.

Ingenti lætitia Nicolaus Papa ad-^{Ep. 70. p. 470}
 ventantes Bulgaros excepit, non solum
 quod illa gens ad Christum converteretur,
 sed etiam quod e regione admodum
 remota venissent, documenta fidei a Sa-
 cra Sede accepturi, rursusque, quod sibi
 via aperiretur, qua Legatos suos per Bul-
 gariam itinere terrestri Constantinopo-
 lim mittere posset. Igitur Paulo Epis-^{Anast. in Nic.}
 copo Populoniensi in Hetruria, & For-
 moso

Sæculum IX. mofo Epifcopo Portuensi, magnorum me-
 A.C. 866. ritorum Præfulibus, ad hos populos eru-
 diendos delegatis, iisdem deferenda de-
 dit Responfa ad eorum Consulta, Sacram
 to. 8. Conc. Scripturam, aliosque libros, quos illi
 p. 516. Genti credebat necessarios. Hæc Re-
 sponfa Articulos centum & sex, tot ni-
 mirum, quot ab illis quæstiones fuerant
 propositæ, complectuntur, ex quibus il-
 los solummodo, qui majoris momenti
 videntur, memorabo. Papa sæpe Leges
 Romanas, præsertim Institutiones Justi-
 niani, allegat.

c. 39.

§. L.

Responfa ad Consulta Bulgarorum.

*Retulisti ad nos, inquit Pontifex, te ju-
 bente omnem populum tuum fuisse ba-
 ptizatum; sed postea subditos tuos sedi-
 tione ferociter commota, dicentes, ma-
 lam legem a te accepisse, te voluisse nece-
 re, & alium sibi Dominum eligere. Post-
 quam vero eos, Deo auxiliante, devicisses,
 sanctos Optimates cum liberis suis in-
 terfici jussisse. Et quæris, an hoc faciens
 peccaveris. Peccasti utique; quantum
 ad prolem innocentem pertinet; parvuli
 namque contra te arma stringere non po-
 tuerunt, parentum consilii expertes. Quin
 etiam parentibus captis vitam dare de-
 buisses, & omnibus in acie arma abji-
 cientibus parcere. Quia vero hæc igno-
 rans*

vans & Religionis amore impulsus fecisti, Sæculum IX.
 si pœnitentiam peregeris, veniam impe- A. C. 866.
 trabis. Populus quoque, seditionis in te-
 reus, si pœnitentiam subire velit, reci-
 piendus est; secus in Hæresim Novatia-
 norum incideremus. Qui Religioni Chri-
 stianæ, si semel ei nomen dederunt, re-
 nunciant, primo ab illis, a quibus e fonte
 Baptismi suscepti sunt, moneantur.
 Si eos ab errore revocare non possint, di-
 cant Ecclesiæ; porro si nec Ecclesiam au-
 dierint, ab omnibus sicut Ethnici & Gen-
 tiles habeantur, atque a potestate sæcu-
 lari reprimantur. Non minus enim offi-
 cium Regis exigit eos coerceri, qui Deo
 infideles sunt, quam qui ipsis Regibus da-
 tam fidem frangunt. Quod ad illos spe-
 ctat, qui in Idololatria remanent, vim
 nullam ad eos convertendos adhibeas, satis
 tibi sit eos exhortari, & ex ratione
 convincere, inanem fabulam esse, quæ-
 cunque de falsis Diis canuntur. Si sa-
 nam Doctrinam respuant, cum eis cibum
 non sumas, in re nulla cum eis communi-
 ces, tanquam exteros & immundos a con-
 sortio tuo arceas. Forsan si ruborem
 elicueris, pertinaces ad agnoscendam ve-
 ritatem compelles.

Quidam vir Græcus, ut indicastis,
 mentiens, se esse Presbyterum, cum non
 esset, plurimos in vestra patria baptiza-
 verat. Cum ergo cognovisti, quod non
 Hist. Eccles. Tom. XII. N esset

c. 78.

c. I.

c. 14.

Sæculum IX. *esset Presbyter, naribus & auribus ab
A. C. 866. scissis, atque acerrimis verberibus caesus*

*e vestra patria expulisti. Habuisti ze-
lum Dei, sed non secundum scientiam.
Nam homo iste salutem plurimis contulit,
dum Jesum Christum prædicavit, cre-
dentes baptizavit, & siquidem in nomine*

e. 15. *Sanctæ Trinitatis baptizavit, legitime
baptismum acceperunt, quia Baptismus*

e. 104. *Christi nulla perversitate ministri confe-
rentis violari potest. Peccasti itaque il-
lum hominem crudelissime tractando. Quo-
niam etsi erraverit, fingens esse quod non*

e. 16. *erat, satis fuisset ad pœnam expelli e pa-
tria, quin etiam misere truncaretur.*

n. 69. *Solemnia tempora, quibus Baptismo
celebratur, secundum Canones duo sunt,
Paschæ scilicet & Pentecostes; verum ap-
ud vos nulla sunt tempora observanda,
quemadmodum nec in illis, qui mortis vi-
cinæ periculum metuentes sacro Lavacro
purgari desiderant. Ceterum ipso die
Baptismi (*) nec sequentibus abstinendum
est a carnibus.*

Adnotari meretur, quod novæ Gen-
tis conversio sufficiens causa in diebus
Baptismi

(*) Verba Nicolai Pontificis ita sonant: *A
carnibus autem ipso die iis, qui Sabbato San-
cto, vel Sabbato Pentecostes baptizati fuerint,
abstinere procul dubio convenit. Consequentibus
vero septem diebus &c.*

Baptismi solemnibus dispensandi visa fuerit. Sæculum IX.
A. C. 866.

Jam vero, quod asseritis, Græcos vos prohibere Communionem suscipere sine cingulis, & crimini vobis ducere, si manibus ad pectus non decussatis in Ecclesia oretis; ejusmodi consuetudines servare vel omittere peccatum non est, nisi forte in eo, qui pertinaciter recuset facere, quod omnes viderit facientes. Ex compluribus similibus articulis dignoscimus, Græcos, qui Bulgaros primum erudierant, voluisse eos ad omnes suos Ritus obligare, sine discrimine, an talia observare multum parumve referret.

Tum Papa profequitur: *Licet, præcipue tempore siccitatis, ad pluviam postulandam jejunare & orare; sed congruentius hæc per Episcopum decernuntur. Laici quoque quotidie certa orandi tempora habeant, cum omnibus dictum sit: Oportet semper orare; & in omni loco orare liceat. Die Dominica ab omni opere abstinendum, sed non in Sabbato. Præter diem Dominicam a laboribus quoque abstinendum in solemnitatibus Beatæ Mariæ Virginis, duodecim Apostolorum, Evangelistarum, S. Joannis Baptistæ, S. Stephani primi Martyris, & illorum Sanctorum, quorum memoria apud vos celebratur. Nec in his Festis, nec in Quadragesima judicia publica exercentur.*

c. 56.

Luc. 18.

1. Thessal. 5. 16.

c. 10.

c. 11.

Nicolai Papæ Responsa.

c. 12.

N a

tur.

Sæculum IX. tur. Omnibus diebus, quibus jejuni-
 A. C. 866. præcipitur, a carnibus est abstinendum

c. 45.

nempe in Quadragesima ante tempus Paschale, in jejunio post Pentecostem, in jejunio ante solemnitatem Assumptionis Sanctæ Dei Genitricis, & ante Natalis Domini nostri Jesu Christi Festivitatem.

Cap. l. 6. n.

187.

v. Thomass.
 jeunes. 2.
 par. ch. 19.

Omnia hæc jejunia per dies quadragesima servabantur, saltem illa tria, Natalem Domini, & Pascha præcedentia, & quod Festum Pentecostes sequitur, sicut in Capitularibus Regum nostrorum diserte statuitur. At cetera jejunia non tam striete ac Quadragesimale obligabant.

Papa his subjungit: *Singulis quoque diebus Veneris, & in omnibus Vigiliis majorum Festorum jejunandum est: sed initio conversionis vestræ nolumus vos tanto rigore obruere. Quarta feria licet vobis carnibus vesci, nec ullo modo præceptum est, illa die a balneo abstinere, nec etiam Feria sexta, quamvis id Græci dicant.*

c. 9.

Quotidie in Quadragesima, sicut aliis temporibus, Communionem accipere vobis liceat. Sed Sacro hoc tempore non licet venari, non licet ludere, non scurrilia aut jocosa audire. Non celebrentur convivia vel nuptiæ. Conjuges in

c. 44.

Quadragesima se contineant; Presbyteri vero, vel Episcopi judicio relinquimus, quæ pænitentia præscribenda illi sit, qui

c. 48.

in Quadragesima uxori suæ junctus fuerit. Licet in Quadragesima bellum gerere, si ad sui defensionem absolute necessarium sit. Licet carnibus omnis generis animalium vesci, missò discrimine veteris Testamenti, cujus Legis sensum spiritali significatione accipimus. Licet Laicis, si Clericus non adsit, cibos, antequam assideatur mensæ, signo crucis edito benedicere. Mos est in Ecclesia Christianorum, ante horam tertiam (id est nonam matutinam) non manducare.

Sæculum IX.
A. C. 866.

c. 59.

c. 46.

c. 53.

c. 60.

Christianus nihil, quod Paganus venatu cepit, comedat, ne cum Infideli communicasse videatur.

Consuetudo in Ecclesia Romana, ad contubernia nuptialia pertinens, hæc est. Post sponsalia & contractum, quo pacta firmantur, Sponsus & Sponsa oblationes suas per manus Sacerdotis in Ecclesia tradunt; tum accipiunt Benedictionem nuptialem & velamen, quod ad secundas nuptias migrantibus non datur. De Ecclesia egressi coronas in caputibus gestant, quæ deinde in Ecclesia reservari solent. Verum ejusmodi ritus non sunt præcepti, & nihil, nisi utriusque partis consensus, a legibus confirmatus, necessarium est. Qui duas uxores habet, retineat, quam primo duxit, & pro delicto præterito pœnitentiam subeat. Conjuges singulis Dominicis, sicut

c. 3.

c. 51.

c. 63.

Sæculum IX. in Quadragesima, se contineant. Illo i-
 A. C. 366. tem tempore, quo mulier infantem lactat.
 c. 64. Post partum vero, quando voluerit, Ec-
 c. 68. clesiam intret.

§. LI.

Responsa ad Bulgaros.

Quod pertinebat ad criminum vindi-
 ctam, istud, dicebat Pontifex, Bul-
 garos edocendos ex Legibus Romano-
 rum, quas Episcopus deferebat. No-
 c. 26. 27. &c. luit tamen, ut hos libros apud eos relin-
 queret, ne abuterentur. Cum enim le-
 g. 13. ges ab eo petiissent circa negotia tem-
 poralia, Pontifex respondet: *Lubenti*
animo vobis misissemus libros, quos credi-
dissimus necessarios, si sciremus, virum ap-
ud vos existere, ad eos explicandos ido-
neum. Præterea Bulgari non ea modo
 exquisiverant, quæ ad Religionem, sed
 etiam ad mores patriæ suæ natura nec
 bonos nec malos spectabant; quale illud
 c. 42. erat, an bene ageret Rex ipsorum, si so-
 lus cibum sumeret, quantum nomine do-
 c. 49. tis uxoribus suis dandum esset, & an il-
 læ femoralibus uti possent. Tanta erat
 c. 59. illius gentis simplicitas. Item sciscitati
 c. 8. fuerant de usu multiplicis superstitionis,
 quam Papa damnat. Hujusmodi erant:
 c. 35. Dies auspiciatos inauspiciatosve observa-
 re, vel etiam auguria, aut carmina ma-
 gica. Ægris aliquid, cibi instar, sumen-
 dum

dum dare de quodam lapide, quem eis salutem esse credebant, aut infirmis ligaturam quamdam ad sanitatem recipiendam sub gutture adhibere. Non nihil superstitionis Bulgari ad Græcis acceperant, quale erat, ex verbis libri subito aperti, primo occurrentibus divinare; quod aliquam affinitatem cum sorte Sanctorum habere videtur.

In proelium progredientes, dies, horas & auguria observare solebant; hinc Pontifex suadet, ut in bellum profecturi, prius Ecclesias frequentent, Missarum solemniis intersint, oblationes afferant, eleemosynas distribuant, nullum genus charitatis in proximum negligant, confessionem peccatorum Sacerdotibus faciant, Sanctam Communionem accipiant, in castris preces consuetas non omittant, quod in bellorum periculis multo magis Dei auxilio indigerent. Cum hactenus in Signo militari caudam equi portassent, quemadmodum hodieque Turcæ, jam Pontifex suadet, ut signum sanctæ Crucis sufficiant. Obtestatur, ut inita pacis fœdera sancte servarent; prohibet vero ea cum Infidelibus pangi, nisi forte hoc remedio ad cultum veri Dei pertrahi possint. Vult, ut imposterum jurantes manus ponant super Evangelium, cum antea super gladium jurare consuevissent.

Sæculum IX.
A.C. 866.

c. 79.

c. 35.

c. 34.

c. 33.

c. 81.

c. 82.

c. 67.

Sæculum IX.

A. C. 866.

c. 72.

c. 73.

c. 93.

Conc. Nic.
can. 6.
Sup. Lib.
XI. §. 10.

Quæritis, inquit Papa, an apud vos Patriarcha ordinari possit? qua de re nihil definire expedit, donec ad nos reversi fuerint Legati nostri; unde discemus, quis sit in regione vestra Christianorum numerus & quæ concordia. Nunc dabimus vobis Episcopum, quem, postquam numerus Christiani populi auctus fuerit, Dignitate Archiepiscopali ornabimus. Is Episcopos ordinabit, qui in causis majoris momenti ipsum habebunt judicem, eoque defuncto Successorem creabunt & consecrabit, quin necesse fuerit huc ad nos recurrere, quia magna est locorum distantia. At ille non nisi Corpus Jesu Christi consecrare poterit, donec a sancta Sede Pallium acceperit, sicuti Galliarum omnes, Germaniæ, & aliarum Regionum Archiepiscopi agere comprobantur. Veraciter illi habendi sunt Patriarchæ, qui illis præsent Ecclesiis, quas ab Apostolis institutas fuisse exploratum est, quales sunt Ecclesia Romana, Alexandrina, & Antiochena. Constantinopolitanus autem & Jerosolymitanus Antistites, licet dicantur Patriarchæ, non tantæ tamen Auctoritatis, quantæ Superiores existunt. Nam Constantinopolitanam Ecclesiam, nec Apostolorum quicumque instituit, nec Nicæna Synodus ejus mentionem aliquam fecit; sed solum quia Constantinopolis nova Roma dicta est, ejusdem

ejusdem civitatis Episcopus Patriarcha ^{Sæculum IX.}
 appellatus est, favore Principum potius ^{A. C. 866.}
 quam ratione. Jerosolymitanus autem ^{Nic. can. 7.}
 Præsul licet & ipse Patriarcha dicatur, ^{93.}
 & secundum antiquam consuetudinem,
 atque Nicenæ Synodi exemplum honoran-
 dus sit, ipsi tamen eadem Synodus tan-
 tum Episcopi titulum tribuit, salva e-
 jus Metropolitanæ (*) auctoritate. Cete-
 rum Patriarcha Alexandrinus a Romano
 Papa secundus est. Nemo non videt, Pa-
 pam non alio ductum consilio tam ac-
 curate distinguere, quam ut in mente ^{ad Bulgaros.}
 Bulgarorum Auctoritatem Patriarchæ
 Constantinopolitani (***) minueret.

Tum profequitur:

N 5

Judi-

(*) Nempe Cæsariensis in Palæstina. Ni-
 colaus Papa in hoc loco addit sequentia: *Sed*
& in eadem Sancta & Magna Synodo nequa-
quam Jerosolymitanus, sed Æliæ Episcopus
dicitur. Nam vera Jerusalem tantum in Cæ-
lis est, quæ est Mater nostra. Illa vero Jeru-
salem terrestris, secundum quod Dominus præ-
dixit, adeo funditus ab Ælio Hadriano Im-
peratore Romano destructa est, ut in ea nec la-
pis super lapidem sit derelictus, & ab eodem
Ælio Hadriano in alio est loco constructa; ita
ut locus Dominicæ Crucis extra portam, nunc
intra cernatur. Tom V. Conc. Edit. Paris.

(**) Parum æquus Nicolao Pontifici hic vi-
 detur

Sæculum IX.

A. C. 866.

- Judicium pœnitentiæ, quod postulat*
Episcopi nostri, quos in patriam vestram
misimus, in Scriptis secum deferent; non
Sæculares tale quid habere non conve-
nit. Idem intelligi volumus de Codice
Missæ. Id est de Sacramentario seu
Missali; ergo Canones pœnitentiales &
formula Sacramentorum adhucdum illa
ætate erant arcanum solis Sacerdotibus
cognitum. Rursus Papa: Laicos non o-
portet judicium ferre in Presbyteros aut
Clericos, nec eorum vitam ad examen
vocare, sed istud Episcoporum Auctori-
tati competit. Criminum rei, qui ad
Ecclesias confugiunt, inviti non abstra-
hantur, sed parcatur sanguini, & pœni-
tentiæ secundum judicium Episcopi vel
Presbyteri subjiciantur.
- Dicitis, quod in patriam vestram mul-*
ti ex diversis locis Christiani, Græci,
Armeni aliique advenerint, qui multa &
varia loquuntur, & petitis, ut vobis pu-
rissi-

detur Fleurius. Nequaquam Papa auctoritatem Patriarchæ Constantinopolitani minuit, sed talem exhibet & explicat, qualis erat. Unde etiam clarissime contra Protestantes probatur, Auctoritatem Romani Pontificis a tempore Jesu Christi & Apostolorum sumpsisse originem, e contra potestatem Patriarcharum Constantinopolitanorum ab Imperatorum favore fuisse profectam.

rissimam Doctrinam indicemus. *Fides* Sæculum IX.
Ecclesiæ Romanæ semper sine macula fuit. A. C. 866.
 Mittimus ad vos Legatos nostros & Scri-
 pta unde sanam Doctrinam hauriatis, nec
 unquam tanquam novellas plantas vos ex-
 colere cessabimus. Ceterum, si modo ve-
 ra fidei veritas ad vos perveniat, pa-
 rum nostra refert, quo prædicante id
 fiat. Talia sunt Responsa Nicolai Papæ
 ad Consulta Bulgarorum, in quibus Pon-
 tificex imprimis conatur feroces hujus na-
 tionis mores delinire, atque ad Leges
 humanitatis & charitatis Christianæ
 mansuefacere; nam nisi hæc subesset in-
 tentio, difficulter approbari possent quæ-
 dam decreta, quæ exercitium justitiæ
 & potestatis publicæ labefactare viden-
 tur; qualia illa sunt, cum prohibet, ne
 iudices tormentis ex quoquam exprimant
 criminis confessionem, & vult, ut
 calumniatoribus & veneficis venia con-
 cedatur, item illis, qui non equis, non
 armis, quemadmodum deberent, ad mi-
 litaria obsequia instructi essent, & mul-
 tis aliis gravium delictorum reis. At-
 tamen in his Responsis antiquorum ri-
 tum Ecclesiæ Romanæ, & Disciplinæ
 Ecclesiasticæ, illo ævo vigentis, pretiosa
 documenta invenimus.

c. 86.

c. 97. 84. 85.

c. 40.

Sæculum IX.
A. C. 866.

§. LII.

*Epistola Papæ Constantinopolim
data.*

Anast. in Nic.
p. 265.

Nicolaus Papa cum Legatis in Bulgariam proficiscentibus tres alios Constantinopolim misit. Donatum Episcopum Ostiensem, Leonem Presbyterum Tituli S. Laurentii, & Marinum Ecclesie Romanæ Diaconum, quibus Epistolas octo deferendas commisit, omnes eadem die, videlicet decima tertia Novembris anno octingentesimo sexagesimo sexto datas. In prima, ad Imperatorem Michaelem directæ conqueritur; Epistolam suam per priores Legatos Rodoaldum & Zachariam missam fuisse corruptam, eamque in prima Sessione Concilii Constantinopolitani non fuisse lectam, quamvis consuetudine dudum fuisset introductum, ut Epistolæ Paparum publice in Conciliis legerentur; quod etiam in Conciliis Ephesino & Chalcedonensi observatum. Tum loca Epistolæ suæ depravata enumerat, nempe talia, quæ ad Auctoritatem S. Sedis stabiliendam, Ignatii innocentiam, & Photii ambitionem spectabant.

Nic. ep. 9,
p. 330.

Sup. n. 12.

p. 335.

Afferit, se nunquam alium pro legitimo Patriarcha habiturum quam Ignatium, priusquam ejus causa a Sacra Sede judicaretur, nec unquam se cum Photio

tio communicaturum, nisi resipisceret. Sæculum IX.
A. C. 866.
 Probat, ipsius Ordinationem fuisse nul-
 lam, cum Gregorius Syracusanus depo-
 situs neminem consecrare potuisset. p. 340.
 Deinde sermone ad Imperatorem dire-
 cto subjungit: *Sed dicis, O Imperator,
 etiam sine consensu nostro Photium & Se-
 dem retenturum & Communionem Ec-
 clesie habiturum, dum interim Ignatius
 nostro molimine nullatenus juvaretur.
 At nos econtra credimus, quod Ecclesia
 Christi Canones Nicenos neutiquam sit
 abjectura, præcipientes, ne illi, qui ex-
 communicati sunt, ab aliis recipiantur.
 Speramus, fore, ut membrum a corpore
 separatum servari non possit, & tandem
 reliqua membra caput suum secutura. Fe-
 cit Sedes Apostolica, quod facere debuit;
 cetera in Dei voluntate posita sunt. Qui-
 cunque semel a Sacra Sede perculsi fuere,
 hanc notam in æternum a se amoliri non
 potuerunt, etiamsi ad tempus Principum
 præsidio fruerentur. Ita Simonem Ma-
 gum S. Petrus dejecit. Ita quondam Pa-
 pa, Præsul meritis & nomine Victor,
 Asianos de celebrando Paschate dissentien-
 tes a Communione separavit, ejusque sen-
 tentia in Ecclesia obtinuit. Ita Felix
 Papa Acacium Constantinopolitanum, ita
 Agapitus Papa Anthimum, Principibus
 frustra contra nitentibus, damnarunt.*

Et infra:

Anno

Sæculum IX.

A. C. 866.

p. 346.

Anno superiore accepimus Epistolam nomen tuum præferentem, tot contumeliis, imo blasphemis respersam, ut Scriptor non nisi in gutture colubri calamentum tinxisse videatur. Tantæ audaciæ literas, nostræque Dignitatis contemptum dissimulare non possumus; unde te vehementer exhortamur, ut publice flammis tradi jubeas infamem Epistolam, & scripturam, quod eam scribi præceperis, abstergas. Sin autem, scias velim, Auctores hujus Epistolæ in frequentissimo totius Occidentis Concilio a nobis anathematizandos. Deinde vero ipsam Epistolam in stipite suspensam, vasto supposito foco, coram omnibus nationibus ad limina Apostolorum confluentibus, ad vituperium vestrum, cremabimus.

Credendum, scivisse Pontificem, Michaellem Imperatorem, ut ut hominem impium & furiosum, hisce comminationibus moveri posse.

Ep. 10.

Nicolaus Pontifex simul etiam ad Episcopos, Sedi Constantinopolitanæ subiectos, & ejusdem Ecclesiæ Clericos amplissimam dedit Epistolam, in qua tota causa & sex articuli referuntur, in Decreto Concilii Romani contra Photium contenti. In ea contra abusum, quo Laici ad Episcopatum promovebantur, invehitur in hunc modum: *Nam impietas ita hodie caput extulit, ut ordine ca-*

Ad Episcopos Ecclesiæ Constantinopolitanæ.

noni-

nonico conculcato, Laici Ecclesiastica mo-
 deramina teneant, & pro libitu hos mo-
 do Præsules removeant, modo illos in eo-
 rum locum promoveant, rursusque post
 modicum turpi mentis levitate victi re-
 pellant. Ut enim Sæculares quælibet
 scelera valeant licenter committere, nul-
 los de Catalago Clericorum permittunt
 ad Episcopatum evehi, qui scelera eorum
 tanto audacius reprimerent, quanto diu-
 tius sub Disciplina Ecclesiæ extitissent.
 Sed ex se ipsis Laicis Episcopos eligunt,
 qui facta eorum tanto minus præsumant
 arguere, quod se paulo ante de horum cæ-
 tu favore ipsorum promotos meminerint.
 Atque ita fit, ut alienus Clericorum la-
 bore partos fructus comedat, & nihil pro-
 fit viris Ecclesiasticis in Domini castris
 tota vita militasse, atque gradatim per
 singulos Ordines ascendisse, dum alter re-
 pentino saltu eos omnes transcendit, &
 subitum principatum obtinet. Contra
 hunc abusum Papa Canonem decimum
 tertium Concilii Sardicensis affert.

Sæculum IX.
 A.C. 866.

Sup. Lib.
 XII. §. 37.

ep. 12.

ep. 11.

ep. 13.

Præterea Pontifex ad Photium quo-
 que dedit Epistolam, quasi vero ferreum
 hominis pectus solis verbis molliri posse
 sperasset; item aliam ad Bardam Cæsa-
 rem jam plus quam sex mensibus inter-
 fectum. Unde liquet, quam rarum fue-
 rit Romam inter & Constantinopolim
 Epistolarum commercium. Scripsit quo-
 que

Sæculum IX. que Ignatio, quem consolatur, & que
 A. C. 866. pro ipsius causa fecisset, docet. Scripsit

ep. 13.

ep. 14. 15.

ep. 16.

Boll. II. Feb.
to. 4. p. 568.

ep. 1.

ep. 2. 3.

Sup. n. 9.

duabus Imperatricibus, Theodoræ Imperatoris Michaelis matri, & Eudoxiæ uxori. Matris pietatem laudat, & afflictam consolatur, non ignarus, nullam ejus esse apud impium filium auctoritatem; at Eudoxiam hortatur, ut magno animo Ignatii defensionem susciperet. Tandem dedit etiam Papa Epistolam communem ad illos ex Senatu Constantinopolitano viros, quos Legati sui Ignatio favere, & Photii communionem adversari deprehenderent. Imperatrix Theodora anno sequente octingentesimo sexagesimo septimo undecima Februarii, qua die ab Ecclesia Græca sanctis viduis adscripta colitur, vitam posuisse creditur.

Præter has Epistolas octo, Constantinopolim directas, alteram generatim ad omnes Patriarchas, Metropolitans, Episcopos, omnesque Fideles Sacræ Sedi unitos dedit. Eadem ferme de verbo ad verbum est ac illa, quæ ad Ecclesiam Constantinopolitanam scripta, nisi quod dividatur in tres partes. Post primam partem primo ponuntur duæ Epistolæ 25. Sept. anno 860. altera ad Imperatorem, altera ad Photium per Rodoaldum & Zachariam delatæ. Secundo loco venit Epistola ad omnes Fideles 18. Mar-

tii anno 862. data. Tertio duæ Episto- Sæculum IX.
læ per Leonem a secretis altera Impe- A. C. 866.
ratori, altera Photio redditæ. Post hæc
exemplaria descripta continuatur Episto- ep. 4.
la ad Orientales, occurritque Decretum ep. 5.6.
Concilii Romani anno octingentesimo
sexagesimo tertio celebrati. Sequitur ep. 7.
Epistola ad Imperatorem Michaellem per
Michaellem Protospatharium delata, qua ep. 8.
finita legitur Epistola ad Orientales. Tan- p. 235.
dem exemplaria octo Epistolarum, quas
paulo ante memoravi, & tres Legati
Donatus, Leo, & Marinus deferebant.
Credibile est, iisdem hanc Epistolam ad
Orientales etiam fuisse commissam.

§. LIII.

Legati Pontificii in Bulgaria.

Tres Legati in Bulgariam pervenientes *Anast. in*
unacum duobus aliis in hanc regio- *Nic. p. 265.*
nem directis perbenigne excipiuntur a
Rege, & isti quidem duo illico Evange-
lium prædicare incipiunt. Tribus ve-
ro aliis Constantinopolim ituris, jamque
iter aggressis, quidam præfectus, qui ibi
Imperii terminos custodiebat, obstitit.
Is quippe adventantes ignominiosissime
habens, & capita equorum, quibus insi-
debant, feriens dicebat: *Quid Impera-*
tori, & vobis? Ipse Imperator ad Bul-
garorum Regis Oratores in Palatio suo
diversantes dixit: *Nisi Papæ Legati per*
Hist. Eccles. Tom. XII. *Bulga-*

Seculum IX. *Bulgariam iter arripuissent, nunquam
A. C. 866. amplius, quoad vixissent, nec me, nec
Romam conspexissent.* Igitur tres Legati, postquam per dies quadraginta commorati fuissent, cum intelligerent, se secundum Imperatoris mandata tam probrose tractari, viam relegere compulsi sunt, itineris sui fortunam Romam narraturi.

In Bulgaria Legati Pontificii, Paulus & Formosus Episcopi, plurimos de populo ad Christum conversos sacro fonte abluebant, eorumque prædicatione & doctrina Rex Michael ita afficiebatur, ut ejectis e Regno suo omnibus aliarum nationum præconibus, solos Romanos verbum Dei annunciare præceperit. Tum missa Romam secunda Legatione, a Papa petiit, ut Formoso Episcopo Dignitatem Archiepiscopi Bulgariae tribueret, & plures Presbyteros daret, qui conversioni gentis suæ operam impenderent. Papa felici nuncio lætissimus, compluribus Presbyteris ad examen vocatis, quos tanto operi idoneos reperit, in Bulgariam misit cum duobus Episcopis, Dominico Triventino prope Beneventum, & Grimoaldo Polymarteni (*) in Hetruria. His mandatum, ut ex his Pres-

(*) Istarum civitatum nomina hodie non amplius occurrunt.

Presbyteris aliquem Archiepiscopali fastigio dignum eligerent, quem deinde Romam mitterent a Papa Consecrationem accepturum; ne Formosum Episcopum gregi suo eripere cogeretur. Præterea Paulus & Grimoaldus Episcopi in Bulgaria remanere jubebantur, novellam Ecclesiam suo labore rigaturi, Formoso autem & Dominico præceptum, ut viam Constantinopolim ad componendas ibi schismatis turbas denuo tentarent.

Sæculum IX.
A. C. 866.

§. LIV.

Constantinus & Methodius Sclavorum Apostoli.

Sub idem tempus & forte per Epistolas ab iisdem, quos memoravimus, Legatis delatas Nicolaus Papa duos fratres Constantinum & Methodium Bulgarorum Sclavorumque Apostolos ad se venire iussit. His Thessalonica patria fuit, atque Constantinus, cognomento Philosophus ob Philosophiæ amorem, a parentibus Constantinopolim deductus & Presbyter ordinatus est. Cum Chazares, missis ad Imperatorem Michaelem Theodoræ filium legatis, petiissent virum, qui eos Fidem Catholicam edoceret, ne hinc a Judæis, illinc a Saracenis, eos suis erroribus inficere conantibus, perverterentur. Imperator Patriarcha,

vit. ap. Boll.
9 Mart. to.
7. p. 19.

Sæculum IX. cha, quem Ignatium fuisse verisimile est
 A. C. 866. ad consilium adhibito, accersitum ad se

Constantinum cum suis Chazarumque Legatis honorifice illo mittit. Constantinus autem, ubi Chersonam, quæ haud procul ab eorum patria aberat, pervenit, ibi aliquamdiu moratus est, ut illo temporis spatio gentis, ad quam mittebatur, linguam disceret. Ea creditur fuisse Sclavonica; illud certe exploratum, in illam linguam Constantinum Libros Sacros transtulisse, cumque cognitio literarum apud eos necdum fuisset illata, ipsum excogitasse novas, quibus illius linguæ populi in hanc usque diem utuntur. Ad Chazares deinde profectus Constantinus omnes a Saracenis vel Judæis seductos convertit, qui eum ad Imperatorem remittentes, in grati animi pignus magna munera obtulerunt; at ille rejectis aliis donis nihil nisi captivorum libertatem sibi expetiit.

Constantino Constantinopolim reverso, Bartilas quoque Moraviæ Princeps, cum ad ejus notitiam pervenisset, quanta bona præstitisset Chazarum genti, ad Michaellem Imperatorem Legatos misit, qui significarent; populum suum Idololatriam abjecisse, & Religionem Christianorum amplecti cupere, sed viros sibi deesse, qui Christi Sacra eos docerent. Misit Imperator Constantinum, fratremque

que ipsius Methodium, abunde suppedi- Sæculum IX
A. C. 866.
tans, quæ ad iter erant necessaria. Ad-
ventantes Moravi magna lætitia exci-
piunt, quod Evangelium afferrent in Scla-
vorum linguam versum, atque Reliquias
S. Clementis Papæ a Constantino, cum
Chersonæ commoraretur, inventas. Er-
go ab iis, qui obviam procedere jussi fue-
rant, ambo fratres honorifice deducti
strenue laborem capessunt, infantes litte-
ris a se inventis imbuunt, majores natu
officia Ecclesiastica edocent, populum-
que compluribus erroribus deceptum
erudiunt. Annis quatuor & mensibus
sex in Moravia versati, omnes libros ad
Ministerium Ecclesiæ necessarios ibi re-
liquerunt. Itaque Nicolaus Papa grato
nuncio delectatus data epistola Constans-
tinum & Methodium accersivit. Illi
Gratias Deo agentes, quod sibi talis ho-
nor a Papa obtingeret, illico iter Ro-
mam suscipiunt, adscitis quibusdam Di-
scipulis, quos, si eos Pontifex ordinare
vellet, Episcopatus gradu dignos arbi-
trabantur.

§. LV.

Photius Papam deponit.

At Photius cum intellexisset, Legatos *Metroph.*
Pontificis Romani in Bulgariam mis- *ep. 1388.*
sos Chrisma a se datum rejecisse, atque

O 3

novo

Sæculum IX. novo Chrismate ad confirmandos (*) tam
 A. C. 866. Bulgariæ Principes, quam subditos usum
 fuisse, velut cæstro percitus, & vindictæ
 cupiditate flagrans ipsum Papam depo-
 nere insigni dementia statuit. Ergo con-
 finxit Synodum Oecumenicam, cui Im-
 peratores Michaellem & Basilium cum
 tribus Ecclesiarum Patriarchalium ex
 Oriente Legatis præfecit. Totus quo-
 que Senatus atque omnes Episcopi Sedi
 Constantinopolitanæ subditi induceban-
 tur. Nec non accusatores instituit, vi-
 delicet Nicolai Papæ scelera exponen-
 tes, desolentes, & iudicium Synodi im-
 plorantes. Testes quoque aderant, qui
 accusatorum calumnias confirmabant.
 Tum Photius simulata in Papam pietate
 respondebat; Nicolaum absentem con-
 demnari non debere. Episcopi assiden-
 tes Photii argumenta pro Nicolao Papa
 refutabant, & ille quasi victus ratione
 accusantes audiebat & causam cognosce-
 re incipiebat. Tandem sexcentis obru-
 tum criminibus Nicolaum damnat, sen-
 tentiam

(*) Ipsius Metrophanis verba videntur cla-
 rius affirmare non solum Chrisma rejectum, sed
 etiam Confirmationem in eo collatam, fuisse re-
 petitam; ita enim sonant apud Pagium ad hunc
 annum: *Cum intellexisset Legatos Con-
 firmationem ejus reprobasse, omnesque . . . ite-
 rum inunxisse &c.*

tentiam Depositionis pronunciat, excom-Sæculum IX.
municat, ipsumque & omnes cum ipso A. C. 866.
communicantes anathematizat. Post-
quam hæc acta pro libitu conscripserat,
Episcopos viginti & unum iussit subscri-
bere, additis tot aliis falsis Subscriptio-
nibus, ut mille circiter nomina legeren-
tur. (*) Præterea nomina duorum
Imperatorum, trium Legatorum Orien-
tis, Senatorum omnium, Hegumenorum,
& Clericorum visebantur.

In eo Concilio Photius Ludovicum
Imperatorem & uxorem ipsius Ingelber-
gam Imperatricem in Italia regnantes
agnosci voluit; idque juri Græcorum,
quod habere putabant, manifeste adver-
sabat. Nam Græci Imperatori Fran-

O 4 corum

(*) Hæc Fleurius ex Metrophane, & Pagius ad
annum 867. de hac Pseudo-Synodo ex Auctore
Lib. de Synod. Synod. CL. ista habet: *Photius
Nicolai contra semet excandescens animam
agnoscens, Michaeli in omnia mutabili sibi ad-
scito, clamque composita Synodo, Locum tenen-
tes aliorum Patriarcharum comminiscens, voces
& Subscriptiones omnium Episcoporum, Pres-
byterorum, Diaconorum, & Abbatum sibi subje-
ctorum conscripsit, & Patriciorum, penitus ne-
scientium quando & quomodo & propter quid
coacta esset (nempe Synodus). Quis vero non
risu vel potius commiseratione excipiat Guiliel-
mum*

Sæculum IX. corum solummodo latina voce Regis no-
 A. C. 866. men tribuebant, cum Imperatorem suum
~~Photium~~ *Basileus* appellarent. Sed Photius pra-
 sidium Imperatoris ejusque uxoris, quæ
 apud maritum plurima poterat, sibi ne-
 cessarium ratus, Conciliabulo suo inferi
 laudes jussit, quibus Ludovicus *Basileus*
 Ingelberga autem Augusta & altera Pul-
 cheria proclamabatur. Iisdem etiam
 hæc Acta misit cum litteris sordida assen-
 tatione foetentibus, Ingelbergam rogans,
 ut maritum Imperatorem ad ejiendum
 Roma Nicolaum, in Concilio Oecume-
 nico damnatum, permoveret. Epistolis
 addiderat dona, quæ Zacharias Surdus,
 a Photio Metropolita Calcedonenfis or-
 dinatus, & Theodorus ab ipso ex Caria
 Laodiceam translatus, deferebant.

§. LVI.

num Cave dicentem, in Conspect. Sæc. Phot.
*Orta immedicabilis Orientalem inter & Occi-
 dentalem Ecclesiam Dissensio ex solita
 Pontificum Romanorum dominandi libidine, qui
 Ecclesiam Orientalem Romanæ Sedis prærogati-
 væ velificari voluerunt, quod præfracte & con-
 stanter negarunt Photius, Photique Succes-
 res. Vidimus supra Num. XV. Photium Roma-
 næ Ecclesiæ Primatum non negasse. Sed quis-
 quis demum a Romana Sede dissentiat, bonus
 malusve, Caveo amicus est. Nempe, in despe-
 rata Schismatis causa unde unde auxilium ve-
 niat, lucro esse putatur.*

Epistola Photii contra Latinos.

Exinde in Papam furens Photius, ad *Epist. 2. edit.*
 Orientales convertitur, & data epi- *Lond. ep. ap.*
 stola Encyclica ad Patriarcham Alexan- *Baro. an.*
 drinum ceterosque directa loquitur in *863.*
 hunc modum: *Extinctæ Hæreses vide-*
bantur, & Fides ex hac urbe Imperiali
ad Nationes infideles perveniebat. Ar-
meni relicta Jacobitarum Hæresi ad Ec-
clesiæ sinum redierant, Bulgari, Gens
barbara & Jesu Christo inimica, rejectis
impiis Sacris & Superstitionibus ad ve-
ram Fidem se converterant; sed vix bien-
niium abierat, cum homines ex Occidenta-
lis plagæ tenebris emergentes vineam Do-
mini novellam nuper plantatam evellere,
& fidem puram erroribus suis corrumpere
aggressi sunt.

Et primo quidem Sabbati jejunium im-
 pie observari jubent; solet autem vel mo-
 dicus Traditionum contemptus ad universi
 dogmatis contumeliam converti. Pri-
 mam præterea Quadragesimæ hebdoma-
 dam a jejunio separant, lactis potum, ca-
 sei comestionem & aliarum rerum bujus-
 modi ingluviem permittentes. Inde a via
 recta deflectentes, errores Manetis sequun-
 tur, & Sacerdotes legitimis nuptiis liga-
 tos detestantur, illi ipsi, apud quos multæ
 virgines sine marito matres fiunt, & mul-

Sæculum IX. *ta matres filios alunt, quorum patres vi-*
A. C. 866. *dere non licet. Non verentur repetere*

- n. 9. *Unctionem S. Chrismatis in illis, qui eam
 a Presbyteris acceperunt, dicentes, se Epi-
 scopos esse, & Unctionem Presbyterorum
 non prodesse. Illud vero impietatis &
 audaciæ summa est, quod addere nova ver-
 ba præsumserint Sacro Symbolo, omnium
 Conciliorum auctoritate confirmato, dum
 dicunt (o mali Dæmonis artes) Spiritum
 Sanctum non a Patre solo, sed etiam a Fi-
 lio procedere. (*) Huic doctrinæ Pho-
 tius furiose indignans dicit, qui eam te-
 nerent, frustra Christianorum nomine
 gloriari. Eam deinde refutare conatur
 argutando, sic duo principia in Trinita-
 te admitti, & Proprietates Divinarum
 Personarum confundi. Hoc dogma Ev-
 angelio & omnibus Patribus contrarium
 esse affirmat. Tum subjungit:*

Hanc

(*) Habeat sibi Photium Guilielmus Cave se-
 ditionis in Romanam Ecclesiam socium, in Arti-
 culo de Processione Spiritus Sancti manifestum
 Hæreticum. Ceterum, etsi cetera doctissimus
 Photius, in Doctrina tamen Theologica de Spi-
 ritu Sancto & Unctione Chrismatis rudissimus
 fuit. Nec mirum, cum nuper ex Laicis ad Se-
 dem Patriarchalem fuisset evehctus. Illud quo-
 que paradoxum, quod Cave in supra memorato
 conspectu Nicolaum Papam dominandi libidinis
 arguat, dum honorificam, si Diis placet, mentio-
 nem

Hanc impietatem Episcopi illi tene-
 brarum præter alios errores in gente Bul-
 garorum disseminarunt. Cujus rei fama
 cum ad aures meas pervenit, haud aliter
 commota sunt viscera mea, quam patri, si
 filios suos a feris seu serpentibus dilaniari
 cernat. Verum quieti caput non dabi-
 mus, donec deceptos ad sanam Doctrinam
 reduxerimus. Interim Anticbristi mi-
 nistros, hosque publicos animarum Sedu-
 ctores, in Concilio damnavimus, & Sen-
 tentiam Apostolorum Conciliorumque, qua
 pridem damnati sunt, renovavimus. Nam-
 que Canon Apostolorum sexagesimus quar-
 tus deponi jubet Clericos, qui vel in Do-
 minica vel in Sabbato jejunant. Laici
 autem excommunicandi sunt. Et Canon
 quinquagesimus quintus Sextæ Synodi ean-
 dem Sententiam contra Romanos repetit.
 Quartus Canon Concilii Gangrensis ana-
 thema in illos pronunciat, qui Presbyte-
 ros, si uxorem habuerint, rejiciunt; &
 Synodus Sexta Anathematismum contra
 Roma-

Sæculum IX.
 A. C. 866.

n. 24.

n. 27.

Sup. lib.
 XVIII.
 §. 35.

Roma-

nem infert Photii, qui illi Epistolæ suæ ad Ori-
 entales præposuit Titulum: *Photius miseratione
 Divina Archiepiscopus Constantinopoleos, novæ
 Romæ & Oecumenicus Patriarcha.* * Videli-
 cet, dicere se Episcopum Oecumenicum apud
 Guilielmum Cave in Photio culpa vacat, in Epi-
 scopo Romano non vacat. Quis non videat ho-
 minis in præjudiciis contra Romanam Ecclesiam
 enutriti cæcitatem?

* Card. Bar.
 ad an. 863.

Sæculum IX. *Romanos confirmat.* Quam hic Photius
 A. C. 866. dicit Synodum Sextam, est Concilium
 in Trullo, ab Ecclesia Romana nun-
 quam non rejectum. Item observan-
 dum, in Ecclesia Romana non plu-
 res Canones Apostolorum quam quin-
 quaginta fuisse receptos. Tum Photius
 profequitur. *Credidimus, Fratres no-*
stri, officii nostri esse, ut horum omnium
certiores vos faceremus, pro antiquo Ec-
clesiæ more. Rogamus, ut ad damnandos
hos articulos impios operam vestram non
denegetis, & ideo Legatos Sanctitatis ve-
stræ Vicarios mittatis. Speramus hoc
modo Bulgaros ad viam veritatis, quam
primitus acceperant, iterum redituros.
Nec soli Bulgari Christiana Sacra ample-
xi sunt; sed Russi quoque barbari antea
& crudeles populi, qui postquam accolat
oppressissent, Romanum Imperium armis
laceffere non sunt veriti, suavi jugo Jesu
Christi recepto Episcopo colla submiservunt.
Præterea reddita nobis fuit ex Italia epi-
stola Synodica, sexcenta continens mala
& delicta, quæ adversus proprium Episco-
pum illi, qui Italiam incolunt, ad nos de-
ferunt, & obtestantur cum magna ira
Dei comminatione, ne misere perditos ope
nostra frustremur, & a tyrannide, qua
spretis omnibus legibus Ecclesiasticis op-
primuntur, liberemus. Quæ omnia jam
ante ex Basilio, Zosimo, Metrophane
Pres-

Sup. l. XL.

§. 54.

Epistola
 Photii ad
 Orientales.

Phot. n. 37.

*Presbyteris Monachisque præter quosdam Sæculum IX.
 alios perceperamus; bos quippe vidimus A. C. 866.
 inter largissimas lacrymas nos rogantes,
 ut afflictis Ecclesiis succurreremus. No-
 vissime accepimus epistolas a diversis ad
 nos datas tristibus lamentis plenas, quas
 earundem auctores ad omnes Sedes Metro-
 politicas & Apostolicas transmitti efflaga-
 tant. Mittimus etiam vobis earum exem-
 plaria, ut hac super re omnes senten-
 tiam suam aperire valeant, postquam Sy-
 nodus Oecumenica fuerit congregata.
 Præsules aliquot huc pervenerunt, & re-
 liquos brevi adventuros expectamus.*

*Id quoque monendos vos esse credidi-
 mus; ut in omnibus vestris Ecclesiis Se-
 ptimum Concilium Oecumenicum recipia-
 tis. Quippe ad aures nostras delatum est,
 illud Concilium in quibusdam Ecclesiis
 necdum recipi, quamvis quæ in eo præce-
 pta fuere, fideliter observent. Maximæ
 certe Auctoritatis est Concilium, in quo
 Legati quatuor Majorum Ecclesiarum,
 Alexandrinæ, Ierosolymitanæ, Antioche-
 næ, antiquæ Romæ, & proavus noster
 Sanctissimus vir Tarasius Archiepiscopus
 Constantinopolitanus adfuerunt. In eo-
 dem Concilio Iconoclastarum impietas
 damnata. Sed forsitan Acta ad vos sub
 potestate Arabum gementes deferri non
 potuerunt. Hoc igitur Concilium in eo-
 dem pretio ac alia sex priora a vobis ba-
 benda*

n. 40.

Sæculum IX. *benda sunt, ne in Ecclesia perniciosum*
 A. C. 866. *Schisma introducatis, & favere Icono-*
clastis videamini, quos non minus, scio
etenim, quam ceteros Hæreticos abomi-
namini. Hæc est epistola illa Photii En-

cyclica; nec antea unquam, quod sciam, Græci Latinos erroris aperte accusarunt. Istud vero notatu necessarium; cur Photius non prius errorem fidei in Ecclesia Latina vidit, quam ipse ab ea fuisset damnatus? quamvis additio illa ad Symbolum jam pridem esset notissima, ceterique articuli, quos carpit, non essent novi? exploratissimum quippe est, tunc

Sup. §. 8. cum Photius ad Papam misit epistolam suam Synodicam, & suam Confessionem Fidei, petens, ut Ordinatio sua approbaretur, Ecclesiam Romanam non aliam fidem, nec alios usus, quam post annos

Sup. §. 15. septem vel octo tenuisse. An non ipse Photius in epistola sua ad Papam, quam Leo Notarius detulit, dicebat, cuilibet Ecclesiæ servandas esse suas consuetudines, & inter exempla hujus rei jejunium in Sabbatis & Sacerdotum Cælibatum afferebat?

Michael & Basilius Imperatores, seu magis sub eorum nomine Photius similem epistolam miserunt ad Regem Bulgarorum illo tempore, quo Legati Formosus & Dominicus, quibus præceptum erat profectionem Constantinopolim

Nic. ep. 70.
p. 470.

lim tentare, ibi commorabantur. In ea Sæculum IX.
 petebant, ut Legati Pontificii tradita fi- A. C. 866.
 dei suæ Confessione supra memoratos,
 ut Græci putabant, errores anathemati-
 zarent, & Photium Patriarcham Oecu-
 menicum agnoscerent. Addebant, non
 aliis conditionibus Constantinopoli esse
 recipiendos. Hæc nova Rex Bulgarorum
 per Legatos ad Papam misit.

§. LVII.

Epistola Papæ in causa Wulfadi.

Inter hæc Egilo Archiepiscopus Seno- Sup. §. 47.
 nensis & Actardus Episcopus Nanne- to. 8. Conc.
 tensis Romam pervenerant; cumque Ni- p. 843.
 colao Papæ epistola Synodalis Concilii
 Sueffionensis, aliæque ad causam Wul-
 fadi pertinentes fuissent redditæ, datis
 quatuor epistolis sexta Dec. Indictione
 decima quinta, nempe anno octingente-
 simo sexagesimo sexto respondit. In pri-
 ma, quæ ad Episcopos Concilii Sueffio-
 nensis dirigitur, dicit, perlectis Actis
 Concilii, in quo Wulfadus ceterique
 depositi fuissent (id est Concilii Sueffio-
 nensis anno octingentesimo quinquage-
 simo tertio celebrati) occurrisse sibi com-
 plura falsa & perperam facta; cujus rei
 culpam in Hincmarum rejiciebat. De-
 inde queritur, non omnia exacte sibi fu- Sup. lib.
 isse missa, quæ ad causam Ebbonis cete- XLIX. §. 8.
 rorum-

Sæculum IX. rorumque Clericorum, de quibus jam

A. C. 866. ageretur, spectarent, & addit: *Integram*

p. 847.

p. 849.

restitutionem eorum eo usque differemus, donec illa documenta acceperimus. Interim vos per provisionem eos restituite, ut facilius causam suam defendere valeant. Nam Hincmaro unius anni spatium prestitimus, quo eos canonice depositos probet; nisi probaverit, jam eos legitime restitutos declaramus. Ceterum cum Clericorum istorum appellationem recepinus, non idcirco facultatem dedimus, eos ad altiore Ordinem promovendi. Vos vero, licet dicatis, quod causæ totius Definitionem nobis relinquatis, unum eorum ad Episcopatus apicem elevastis, quod tamen, donec quid in Concilio vestro statuisset pateret, Regi Carolo petenti denegavimus.

Secunda epistola ad Hincmarum data est, & non modo easdem querelas, sed etiam iisdem verbis continet. Tum Pontifex respondet ad epistolam Hincmari sibi ab Egilone redditam, & exprobrat: *Asseris, cupere te hos Clericos restitui; sed edic, quid aliud per litteras tuas & Legatos apud Antecessores meos efficere conatus es, nisi ut eorum Depositio confirmaretur, & spes omnis Restitutionis adimeretur? Si vero Restitutionem eorum cupiebas, quid ad eam impetrandam fecisti? profecto nihil. An non pudet, cum*

Sacra

Sacræ Sedi scribis, fallacia verba astute componere? sed non desunt mihi suspicandi indicia, banc epistolam te auctorem non habere, cum ad eam deferendam nullum Legatum miseris, eique consuetus annulus tuus non sit impressus. Tertia Pontificis epistola ad Regem Carolum data est, & quarta ad Wulfadum ejusque Socios, qua hortatur, ne injuriæ sibi illatæ meminere.

Sæculum IX.
A. C. 866.

p. 859.

Eodem mense Dec. anno octingentesimo sexagesimo sexto Papa, forte ut querelis Episcoporum Francorum finem poneret, data ad Aquitaniæ Proceres epistola ad restituenda Bona Ecclesiastica, ab ipsis detenta, addita comminatione excommunicationis, hortatur.

to. 8. Cone.
p. 501.

§. LVIII.

Epistola ad Regem Salomonem.

Epistolam ad Salomonem, seu Regem, seu Ducem minoris Britanniae, datam ad eadem tempora referre oportet. Hic Princeps Romam miserat Legatos cum epistola, ad quam Papa respondet in hunc modum: *Postquam in Tabulario nostro litteras exquisivimus ad causam Depositionis Episcoporum vestrorum, & aliorum bis Subrogatorum pertinentes, longe alia, quam quæ tu putas, invenimus. Nul-*

to. 8. Cone.
p. 509.
ep. 22.

Sup. lib.
XLVIII.
S. 44.

Hist. Eccles. Tom. XII.

P

ab

Sæculum IX. *ab Episcopis saltem duodecim cum sui*
A C. 866. Metropolitanano conjunctis. Quod vero
 spectat ad Giselardum & Actardum,
 quamvis hic erret, a Giselardo ordina-
 tos iterum ordinans, in Episcopatu ta-
 men prior fuit, confirmatus & laudatus
 a Leone Papa in epistolis ad Nomenoyum
 datis; Giselardus autem Usurpator vo-
 cabatur. Nempe a Leone IV. Giselar-
 dus vero ille est, quem Nomenoyus pul-
 so Actardo in Sedem Nannetensem intru-
 serat.

Grat. 7. q. 1.
 c. 10.

Tum Nicolaus Papa prosequitur: *Hæc*
ergo jam tibi facienda sunt. Omnes Epi-
scopos Regni tui ad Archiepiscopum Tur-
onensem, Metropolitanam suam, mitte. Illo
præsente, & Episcopis sufficienti numero,
causa illorum, qui pulsi sunt, discutiat.
Si eorum Depositio canonica fuit, valeat,
& in eorum locum subrogati permaneant.
Si vero Episcopi pulsi appareant innocen-
tes, Ecclesiis suis restituendi sunt. Si eos
ad Archiepiscopum Turonensem mittere
nolueris, mitte huc Romam Episcopos ex-
pulsos duos, & totidem Subrogatos cum
Oratore tuæ Dignitatis Vicario, ut ju-
dicare possimus, quinam Legitimi Episco-
pi sint. Cum vero etiam lis ferveat; quis
Episcopus Britannie Metropolita sit;
quamvis nulla hominum memoria teneat-
tur, in vestra patria Ecclesiam Metropol-
itanam unquam extitisse, disceptatio com-
 poni

poni poterit, si pax tibi cum Rege Carolo fuerit. Si pacta locum habere nequeant, mitte ad nos, ut hunc articulum definiamus. *Æquum enim non est, ut Ecclesiæ, quæ pacem prædicat, Regum discordia noceat.*

Salaco Episcopus S. Maclovii, ex numero illorum, quos Nomenoyus ejece- rat, cum ad Jonam Episcopum Augusto- dunensem se recepisset, eundem in Mi- nisterio Episcopali adjuvit, anno octin- gesimo sexagesimo quarto Translatio- ni S. Reginae, quam Egil Abbas Flavinia- censis celebravit, interfuit, atque anno octingentesimo sexagesimo sexto e vita migravit. S. Convoyo Abbas Redonen- sis*, cujus mentio in historia istorum Episcoporum facta, post annos exinde duos, nempe quinta Januarii anno octin- gesimo sexagesimo octavo defunctus est, & in Monasterio Plebelaniensi, a Du- ce Salomone fundato, sepultus.

Sæculum IX.
A. C. 867.

*Rotonensis.
Sup. lib. XLVIII.
§. 43.
ibid. p. 192.

§. LIX.

Litteræ in Causa Reginae Theutbergæ.

Nicolaus Papa haud multo post tempo- re epistolis ab Egilone Senonensi, & Adone Viennensi in causa Reginae Theut- bergæ sibi redditis respondit. Regina Pontifici perscripserat, se libere & pro- prio arbitrio cupere Dignitatem Regiam & Lotharium relinquere, atque postre-

Sup. §. 48.

Sæculum IX. mo, quod superesset, vitæ tempore con-
A C. 867. tinentiam servare; cum cognosceres
 nullum esse suum matrimonium, se fecunditatem a natura non accepisse, & Waldradam tempore priorem hujus Principis legitimam fuisse uxorem. Addebat, animo se constituisse, Romam proficisci, tibi arcana quædam, quibus affligeretur, Pontifici aperiret. Papa satis gnarus, solam causam hæc scribendi Theutbergæ fuisse, quod Lotharii indignationem effugere, & vitam suam in tuto collocare quæreret, (id enim spectatissimi omnium ordinum in Gallia Germaniaque viri Pontifici affirmabant) data ad eam epistola dicit:

*Quod de Waldrada asseris, ei prodesse
 ep. 48. to. 8. non potest. Etiam si enim mortua esset,
 Conc. p. 425. illa tamen Lothario legitimis nuptiis con-
 jungi nequit. Illud vero quod dicis, te
 velle Romam venire, nullo modo expedit,
 tum quod securitas itineris nulla sit, tum
 quod a latere Lotharii abire te non per-
 mittimus, quemdiu Waldrada baud pro-
 cul ab ipso est, quæ te absente confestim
 admitteretur. Quod sterilis hactenus di-
 gnoscaris, non hoc corporis infæcunditas,
 sed vivi facit iniquitas. Nec matrimo-
 nium tuum dissolvi potest. Hortamur te
 & vehementer admonemus, ne te ipsam per-
 ditam velis. Melius est, ut vera loquen-
 tem alius te occidat, quam tu te ipsam
 mendas*

mendacium dicens interimas. Martyrii Sæculum IX.
A. C. 867.
genus est pro veritate mortem sustinere.

Confessionem tuam, quam non voluntas edidit, sed vis extorsit, absit, ut recipiamus. Absit, ut permittamus tantum vitium radices extendere! sic enim omnes viri, si uxoris fastidium subiret, eam illatis intolerabilibus pœnis cogent fateri, legitimum initio non fuisse matrimonium, vel mortale crimen de se ipsis propalare compellent. Nec tamen putamus Lotharium virum tuum in tantam perniciem ruiturum, ut vitæ tuæ insidietur. Cum non minus se ipsum & regnum suum quam te in periculum adduceret, quia & innoxia es, & præsidio Ecclesiæ atque Sacræ Sedis tuta. Si Romam venire vis, ipse vadem det, securam te fore, & prius Waldradam huc mittat. Dicis etiam, te amore continentiae divortium petere. Scito, id tibi aliter concedi non posse, quam si & conjux tuus sincera mente continentiam amplectatur. Hæc epistola nono Cal. Febr. Indictione decima quinta, id est, anno octingentesimo sexagesimo septimo, vigesima quarta Januarii data.

Simul etiam Pontifex, ad Lotharium data epistola, eadem repetit, conquerens magno dolore, quod se fallacibus promissis decepisset. Tandem excommunicationis fulmen comminatur, nisi

ep. 51.

*ep. 50.
Causa
Theurber-
gæ.*

Sæculum IX. omne commercium cum Waldrada ex
A. C. 867. communicata fugeret. Hanc epistolam
 direxit ad Regem Carolum addita ad
 ipsum quoque alia, in qua laudat hujus
 Principis pietatem, quod Theutberge
 præsidium concessisset; sed addit: Nunc

Ann. Bert. *autem Lotbarius, donato tibi quodam Regni
 sui Monasterio, in Theutbergæ Regina
 perniciem fœdera tecum iniisse dicitur.*
 Hic sermo de Attrebatensi Monasterio
 S. Vedasti, in pactis mensis Julii, anno
 octingentesimo sexagesimo sexto, donato.
 Subjungit Papa; Theutbergam ad
 Ecclesiæ tutelam recurrentem non posse
 amplius cuicunque judicio Sæculari sub-
 jici, cumque pars utraque in S. Sedis ar-
 bitrium consensisset, causam nullibi nisi
 Romæ finire oportere. Rogat Carolum
 regem, ut epistolam ad Regem Lotha-
 rium datam, aliamque ad Episcopos illius
 Regni, fideliter reddi curet.

ep. 49. In epistola ad Episcopos dicit, se neu-
 tiquam licentiam in Franciam redeundi
 dedisse Waldradæ, ut fama, incertum
 quo auctore, vulgasset, & jam tertio eam
 excommunicatam denunciât. Queritur,
 se toties hos Episcopos frustra fuisse hor-
 tatum, eosque atque ad revocandum a
 præcipitio Regem suum opem denegare.
 Omnibus viribus conatur eorum zelum
 excitare, & per Sanctam Trinitatem ob-
 testatur, ut missis ad se legatis cum epi-
 stolis

stolis certiore faciant, an Lotharius mo-
dis, quibus deberet, & sicut Legato Ar-
senio promississet, Theutbergam haberet.
*Quicumque ex vobis his mandatis, inquit,
non obtemperaverit, adulterii fautor esse
convincetur, & a Communione nostra ex-
cludetur. Si cui defint, quos mittat, sal-
tem scribat, excepto Episcopo Virdunensi;
huic enim districte præcipimus, ut ex Cle-
ricis suis quemquam huc mittat.* Hæc
epistola sicut prior vigesima quarta Ja-
nuarii data est.

Sedem Virdunensem illa tempestate *ap. Baron.
tunc tenebat Hatto, ad quem Adventius an. 867.*
Metensis sub idem tempus scripsit in hunc
modum: *Ex duabus partibus (nempe ex
regnis tam Caroli quam Ludovici) ad
nos relatum, Nicolaum Papam declarasse
de Lotbario Rege, Domino Nostro, fixum
sibi ratumque esse, nisi in Vigilia Puri-
ficationis Waldradam dimiserit, ab in-
gressu ad Ecclesiam esse prohibendum.
Quæ res nos admodum angit; unde ro-
gamus te, ut sine omni mova eum adeas,
& periculum imminens exponas. Nobis
saluberrimum videtur consilium, ut biduo
ante Festum Rex festinato FLORIKING,
vel in alium locum, ubicunque voluerit,
cum tribus saltem delectis Episcopis se con-
ferat, ipsis præsentibus peccata sua secre-
to confiteatur, dolorem ostendat, & emen-
dationem promittat. Tum absolvatur.*

Epistola
Adventii.

Sæculum IX. *His gestis promittat, curaturum se, ut*
A. C. 867. *causa sui matrimonii ex consilio virorum*
sibi fidorum examini subjiciatur; sic Fe-
stum celebraturus Ecclesiam S. Arnulphi
intrare poterit, sine animæ damno Regni-
ve amittendi periculo. Secus seipsum no-
que in ultimam perniciem conjiciet. Sub-
jungit in fine Adventius, se illi hos api-
ces sub sigillo confessionis mittere. Ex
hac epistola discernimus, Lotharii ami-
cos vehementer timuisse, ne ipsius pa-
trui, si Papa ipsum excommunicatum
pronunciasset, hoc prætextu ejus Re-
gnum invaderent. () Hinc Lotharius*
non cessabat ad Papam dare epistolas
obedientiæ notis plenas, magnum pro-
fessus desiderium Romam proficiscendi
& Pontificis conspectum subeundi, offe-
rens etiam, juncturum se vires suas cum
exercitu Ludovici Imperatoris ad repe-
lentos ex Italia Saracenos. Paulo post,
ep. 53. videlicet septima Martii, Papa data ad
Ludovicum Regem Germaniæ epistola
hortabatur, ut & ipse ad convertendum
Lotharium operam jungeret, & spem
adimeret, Waldradam retineri posse,
quæcunque demum promissa ex Theut-
berga extorquerentur. Item hortatur,
ut ad obediendum compelleret Ingeltru-
dem, quam exinde in ipsius Regno com-
mora-

(*) Pessima fuisset illatio, si credidissent, ideo
sibi licere Regnum alienum invadere.

moratam fuisse credendum est, eamque cogeret ad reditum in domum mariti sui, qui alteram ducere pertinaciter volebat.

Sæculum IX.
A. C. 867.

Egilo Archiepiscopus Senonensis in Franciam redux cunctas has Papæ epistolas Regi Carolo vigesima Maji, anno octingentesimo sexagesimo septimo, Samuciaci Arce Regia prope Laudunum diversanti reddidit, quo Hincmarus Archiepiscopus, ex Regis Caroli imperio, adduxerat Clericos Remenses, socios Wulfadi, qui & ipse cum duobus aliis Episcopis, Rotado Sueffionensi, & Hincmaro Laudunensi, advenerat. His præsentibus lectæ sunt Pontificis epistolæ, quibus illi Clerici restitui jubebantur, atque Episcopis voluntati Pontificis se submittentibus Rex Synodum Trëcis vigesima quarta Octob. celebrandam indixit. Interim mense Julio Archiepiscopus Hincmarus ex hoc itinere reversus, & ad aliud longius omnia præparans; nam Regem ad castra proficiscentem in expeditione adversus Britones suscipienda comitaturus erat, prolixam epistolam Pontifici scriptam transmisit per quosdam ex Clericis suis, qui sub peregrinorum habitu iter fecerunt, quod machinationes Principum, nempe Lotharii Regis & Ludovici Imperatoris, quibus se sciebat esse invisum, timeret.

An. Bert.
867.

Flod. III.
c. 17.

In hac epistola, quæ humilitatem quidem, sed & constantiam prodit, Hincmarus


Op. 26. to. 2.

Sæculum IX.
A. C. 867.

rus Summo Pontifici significat, se, ut mandatis ipsius morem gereret, Clericos ab Ebbone ordinatos Ministerio Clericali restituisse, non expectato unius anni sibi præfixi spatio. Ab omnibus, quæ Pontifex objecerat, prolixè se purgat, & in fine addit: *Cum Clericos istos ad altiores ordines promoveri prohibueris, rogo, ut mihi indices, an denegare debeam ordinationem, si a Confratribus nostris Episcopi forte eligantur? quia nec eos offendere, nec tuis mandatis refragari volo.* Verisimile est, Hincmarum festinasse hanc epistolam ad Summum Pontificem mittere, quo eum sibi propensum haberet, antequam Concilium Trecentè celebraretur, quod pertimesceret, ne in illo Conventu iterum Depositio Ebbonis, & quod inde dependebat, an sua valida fuisset Ordinatio, examini subiceretur.

Clerici, qui hanc epistolam deferebant, Mense Augusto Romam pervenientes Papam habuerunt, jam tunc morbo admodum debilitatum, & arduis impeditum negotiis, quæ sibi cum Imperatoribus Michaelè & Basilio atque Episcopis Orientis supervenerant, tum ad schisma Photii, tum ad errores ab ipsis Ecclesiæ Latinæ objectos pertinentibus.

Unde usque ad mensem Octobrem Romæ morari coacti sunt.



HISTO-